



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsque Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Pars V. de Substantia, fine, & officio vitæ mistæ, & eius præstantia supra
alias.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

sua commodis omnium praeferentes, vtilitatem A
 communem desideratæ vocationis electione con-
 temnant, cum profecto laborantibus opem ferre
 nolle, cum possis, & communi bono posthabito o-
 tiosa quiete frui, nihil habeat æquitatis: Cui æquita-
 ti, qui feruiunt, omnes omnium bono viuunt, ac ve-
 lut sibi inuicem nati salutem mutuam tuentur, ac
 diligunt.] Dicas ergo hanc vitam exoptans, illud

Augustini: Conterritus peccatis meis, & mole mi-
 feræ meæ agitaneram in corde, meditatûsque fuc-
 ram fugam in solitudine, sed prohibuisti me, &
 confirmasti me, dicens: Ideo pro omnibus Christus
 mortuus est, vt qui viuunt, iam non sibi viuant, sed
 ei, qui pro ipsis mortuus est.] Et hæc dicens te ipsum
 fauente gratia Dei roboret, onera vitæ mistæ sus-
 cipias.

Aug. 10.
 confes. c.
 vii.
 2. Cor. 5.
 15.



PARS QVINTA.

De substantia, fine, & officio vitæ mistæ, atque de eius præstantia supra alias.



ITAM mistam valde propriam religiosorum esse non tantum Ecclesia sua aucto-
 ritate probat, religiosos ad statum clericalem & ad salutem animarum curandam
 admittens, & Apostolorum professio explicat, quos religiosos fuisse votorum obliga-
 tione constrictos Theologi ex illis verbis: Ecce nos reliquimus omnia, optime colligit,
 sed & ipsa necessitas sacerdotij, & functionum Ecclesiasticarum vtilitas manifeste declarant,
 quibus homines mundo mortui, & à curis sæculi elongati melius & efficacius satisfaciunt. Et ne
 alicui hoc minus certum videatur, visum est nobis huius tractationis initio istam necessitatē, aut
 ingentem vtilitatem religiosorum clericorum (quos vniuersa religiones Ecclesie suscipiunt) de-
 monstrare.

Matth. 19.

Statum clericalem, cuius est vita mista, au- A
 xilio religiosorum indignisse ad salutem
 animarum curandam.

CAPVT XXXIII.



Is, quæ vitæ contemplatiuæ sunt, bre-
 uiter explicatis, hæc tractationem vitæ
 mistæ institutiones cõplebunt; cuius
 necessitas in cœtibus quoque religio-
 sis, tum ex statu sæculi, tum ex natu-
 ra hominis; tum ex militantis Ecclesiæ ordine, tum
 denique ex clericorum qualitate cognoscitur. Sæculum
 namque, quod molestissimis tætionibus affli-
 gitur, & assiduis dæmonum bellis impetit, cum ex
 se fragile sit, & imbecillum, præsidio ducum, & mili-
 tum indiget, quorum industria, & fortitudine à peri-
 culis sibi instantibus, protegatur. Væ terræ, & mari
 (ait in sua reuelatione Ioannes) quia descendit Dia-
 bolus ad vos habens iram magnam.] Quid faciet terra,
 & mare tam immanis hostis impetum & ferociam
 sustinere nõ valens? Cuius malignitas (vt inquit Leo
 Papa) inflammat concupiscentiis, quos non potest
 vexare tormentis: Serit discordias, accendit iras, in-
 citat linguas, & ne ab illicitis dolis cautiora corda se
 reuocent, consummatorum scelerum ingerit facul-
 tates: quia illi totius fraudis hic fructus est, vt qui
 immolatione pecudum, & thuris incensione non
 colitur, quibuslibet ei criminibus seruiatur.] Quid,
 inquam, faciet mundus tam acerbo, & exitioso dæ-
 monis bello circumseptus, si exercitum militum Eua-
 gelicorum nõ habeat, cuius vi hostem irruentem ar-
 ceat, & imminentem calamitatē propulset? Natura
 etiam hominis ea est, vt in quibusdam personis ab
 alio indigeat instrui, & edoceri. Quod aded humane
 naturæ congruit, vt non solum post peccatum, sed

Apo. 12.
 12.

Leo. serm.
 6. Epipha-
 6. 3.

etiam in statu innocentie (Beato Thoma subtiliter
 disputante) reperiretur ista magistrorum, discipulo-
 rumque discretio. Necessè est igitur, vt sint inter ho-
 mines veritatis præceptores, virtutisque magistri,
 qui ignorantes doceant, discipulos in omni virtute, & a
 more sanctitatis erudiant, & quod pusillis deest, sua
 doctrina, & conatu suppleant. Nulla ars (inquit hie-
 ronymus) absque magistro discitur. Etiam muta ani-
 malia, & ferarum greges, ductores sequuntur suos.
 In apibus principes sunt; Grues vnã sequuntur, or-
 dine literato; Imperator vnus, Iudex vnus; Prouin-
 cia, & c.] Quanto magis doctrina virtutis, & ars be-
 nẽ, sancteque viuendi, quæ aliis, tum difficilior, tum
 vtilior, tum excellentior est, magistris, & præceptoribus
 indigebit? Prouidentissime Dominus dedit inter
 homines quosdam quidem Apostolos, quosdã ve-
 rò Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem
 Pastores, & Doctores ad consummationem Sancto-
 rum,] in opus scilicet ministerij huius, quo isti ad
 docendum electi, sibi decretam administrationem
 complet, & corpus Christi, Ecclesiam nimirum mi-
 litantem, ædificant. Tandem Ecclesia hæc, quæ pa-
 triæ est cælestis imago, eum à Deo (vt est in Apoca-
 lypsi) ædificata descēdat, cuius vniuersa opera ordi-
 nata sunt, ordinem habet, vnde, & membrorum suo-
 rum disparitate perficitur. Est enim ordo (vt Augu-
 stinus dixit) partium dispariumque rerum sua cuique
 loca tribuens dispositio.] Hæc autem disparitas in
 statuum, ac ministeriorum diuersitate consistit, quo-
 rum aliqua ad hoc videntur instituta, vt quidam ho-
 mines purgentur, illuminentur, perfectantur; alia ve-
 rò, vt alij inferiores suos purgent, illuminent, atque
 perficiant. Quare necessarii sunt in Ecclesia purgato-
 res, qui iniquitates lauent; illuminatores, qui tene-
 bras ignorantie dispellant, perfectores, qui sãcra-
 tis fabricam ad vmbilicum vsque perducant. Operæ-
 pretium est in hac fidelium cõgregatione, sint capita,

Thom.
 2. q. 96. ar.
 3.

Hier. epist.
 4. ad Rom.
 c. 6.

Ephes. 5.
 12.

Apocal.
 2. 1. 1.
 Rom. 13.

Aug. 9.
 de Ciuit.
 c. 13.

qua

quæ membra inferiora dirigant; fundamenta, quæ alias partes spiritualis ædificij sustentent; pastores; qui oves Christi pascant; & serui fideles, atque prudentes, qui opportuno tempore doctrinæ alimenta distribuunt.

Isti autem mundi gubernatores, & duces, isti humani generis præceptores, atque magistri, ista Ecclesiæ lumina, quæ eam splendore veritatis illuminant, & igne charitatis succendunt, sunt sanctissimi Episcopi in locum Apostolorum successi: & omnes alij ad statum clericalem euecti. Episcopis, tamquàm veterani milites, tamquàm scholæ substituti, ac veluti coadiutores adiuncti. Episcopi sane sunt, qui vniuersum mundum sua potestate & auctoritate gubernant. Vnde in epithalamio sponsi de illis sponsæ, hoc est, Ecclesiæ, dicitur: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constituit eos principes super omnem terram. Patres missi sunt Apostoli (ait Augustinus) pro Apostolis filij nati sunt tibi, constituti sunt Episcopi. Qui principes facti, non solum per se ipsos viriliter pugnant; sed alios etiam verbo & exemplo erudiunt, ad pugnam, & animare nituntur ad prælium. Ipsi sunt omnium hominum magistri, quos si non sint cognitione sacrarum literarum, & diuinorum misteriorum imbuti; Apostolus corripit, dicens: Etenim cum debueratis magistri esse propter tempus, rursum indigetis, vt vos doceamini, quæ sint elementa exordij sermonum Dei. Ipsi sunt luminaria Ecclesiæ, & veluti stellæ huius spiritualis mundi à Christo splendidissimo sole lucem accipientes, vt in caliginosa nocte huius mortalitatis luceant; quare audiunt, non tantum, Vos estis sal terræ: verum etiam, Vos estis lux mundi. Atq; adeo optime dixit Gregorius, Ioanni Episcopo Constantinopolitano scribens, Quid enim fratres tui omnis vniuersalis Ecclesiæ Episcopi, nisi astra cæli sunt: Quorum vita simul & lingua inter peccata, erroresque hominum, quasi inter noctis tenebras lucent. Clerici autem, præsertim presbyteri, qui (vt Hieronymus, Augustinus, & Damasus) clare testantur septuaginta duobus discipulis successerunt, milites sunt prædictorū principū, qui eorum signa, aut vexilla sequentes Ecclesiam circūdant, fideles protegunt, & dæmonum cuneos profitant. Isti sunt Sanctorum Episcoporum veluti prouectiores discipuli, qui accepta ab Episcopo facultate (vt antiquus Tertullianus ait) infideles, vel catechumenos, per baptismum, in Catholice Ecclesiæ scholam admittunt, & alios radiore discipulos, nimirum cōmunes fideles, doctrina veritatis erudiunt. Ibi sunt quasi parvæ lucernæ à maioribus luminariibus spiritualium lucem mutuantes, cuius splendore Ecclesiæ filios (vt inquit Dionysius Areopagita) ignorantia tenebris purgat, & doctrina Euangelij, & notitia veræ charitatis illuminant. Hi tandem sunt inferiores Angeli, qui iussu maiorum principum, salutem populorum sibi commissorum curant, & omnis prælationis ex parte sustentant. Hæc est militia Christi ad tutamen fidelium euocata, hic exercitus verbi Dei, quem admodum legitimus in Apocalypsi, cuius supremus dux & vniuersalis princeps est Ecclesiæ Romanæ Pontifex, vicarius Christi, qui omnes acies Ecclesiasticorum moderatur, & illorum auxilio reliquos fideles gubernat. Episcopi verò sunt particularium cohortium duces, nimirum particularium Ecclesiarum principes, non æqualem, sed disparē iurisdictionis potestatem habentes, iuxta sui loci amplitudinem, & dignitatem: Presbyteri verò, Diaconi, & Subdiaconi, & reliqui in gradu Ecclesiastico constituti, sunt bellatores, quorum est ab Episcopo imperata exequi, & in Ecclesiæ gubernatione

A ad magis particularia descendere. Hoc robustissimo exercitu Ecclesia circūdata vocatur pulchra, vt luna: electa, vt sol: terribilis, vt castrorum acies ordinata. Pulchra vt luna, quia istorum militum potestate accepta diuinitas à maculis peccatorum mundatur. Electa vt sol, quia horum magistrorum doctrinæ à caligine ignorantie liberatur. Terribilis vt castrorum acies ordinata, quia istorum luminum, in lucendo concordia à pestifera heresum colluione defenditur.

Istius exercitus inuictissimi istorum bellatorum fortissimorum, siue illi duces sint, siue milites, propria est vita spiritualis mista, quam nunc intendimus explicare. Quod ex ipsa analogia temporalis exercitus manifestè perspicitur. Sicut enim exercitus, ad rempublicam humanam custodiendam conuocatus, non semper bellat, sed multo tempore quiescit, vt milites, vires fatigatas resumant, clypeos, galeas, & loricas resarciant, lanceas, & enses exacuant, & reliqua ad ineundum prælium necessaria disponant, ita exercitus clericorum non semper bello debet insistere, sed statutis temporibus à conflictu, hoc est, à cura prædicandi, & docendi se subtrahere, vt se ipsum oratione reficiat, cōtemplatione corroboret, & consideratione arma ad bellum necessaria, id est, virtutis, & legis diuinæ notionem, parat. Vnde Dominus noster Iesu Christus, primus Ecclesiæ Pontifex, qui eo quod in æternum maneat, sempiternum habet sacerdotium, prius per triginta annos siluit & orauit, & postea tribus annis prædicauit, & in ipso prædicationis seruire sapissime in desertum locum ad orandum, & contemplandum secessit. Et Sancti Apostoli ab ea capita Ecclesiasticorum instituti, ita lucris animarum inhæserunt, vt tamen studium orationis non omitterent, & conuersationem in cælis haberent, cuius rei locuples testis est Paulus, de se, & de suis sociis dicens: Nostra cōuersatio in cælis est. Idem alij sancti Episcopi Apostolorum successores, & sancti Presbyteri septuaginta duorum discipulorum heredes, præstandum curarunt. Quod prolixum esset, & extra propositum, exemplis (quæ sunt innumera) comprobare. Quare Gregorius, ab Ecclesiæ rectore (qui est, aut Episcopus, aut sacerdos) efflagitat, vt sit singulis compassione proximus, & præcūctis cōtemplatione suspensus, vt & per pietatis viscera in se infirmitatem ceterorum trāserat, & per speculationis altitudinem semetipsum quoque inuisibilia appetendo, transcendat; ne aut alta petens proximorum infirma despiciat; aut infirmis proximorum congruens appetere, alta derelinquat. Necnō, & clericorum officium euidenter ostendit. Nā ipsi magistri omnium; tam actiuorum quàm contemplatiuorum, & vniuersarum virtutum præceptores, debent omnes discipulos anteire, & omnium virtutum, quarum doctores sunt, perfectam notionem habere. Quomodo autem actiuos peccatorum detestationem; & affectuum mortificationem docebunt illi, qui iniqui sunt, & affectibus inordinatis addicti? Quo pacto contemplatiuos erudient, cōtemplationis, & interioris silentij, & quietis ignari? Quæ ratione virtutis magistri virtutem orationis explicabunt, & eius pericula, aut difficultates aperient, qui præter orationem vocalem distractam, & tepidam, nihil prorsus huius exercitij didicerunt? Sint ergo oportet vtriusque vitæ periti, atque adeo vitæ militæ sectatores, qui munus habent vniuersos instruendi, & omnium virtutum vim, & naturam propalandi. Iuste profecto Bernardus ab iis, qui sacris ordinationibus initiandi sunt, inter alia quam plurima exercitationem assiduam orationis, & considerationis efficit.

Cant. 6. 9.

Hebra. 7. 24.

Philip. 3. 20.

Greg. 1. p. 5.

Psal. 44. 17. Aug. ibid.

Hebr. 5. 12.

Matt. 5. 14. Greg. lib. 4. reg. in dist. 13. epist. 82. Hier. epist. ad Mareel. Aug. in psal. 44. Damas. epist. 3.

Tertul. lib. de baptismo.

Diony. c. 5. eccles. hierar. c. 11.

Apoc. 19. 14.

Bar. lib.
4. de con-
sid. longè
ante sine.

Chryf. ad
popul. ho.
79 de pæ-
nit.

Cypri. lib.
1. epist. 9
ad pres-
by. Eas-
nis consi-
stent.
Timot.
1. 4.

Exod. 18.
25.

Psal. 79.
11. & 12.

gitat. Qui orandi studium gerat (inquit ad Eugeniū Papā scribens) & vsum habeant, ac de omni re orationi plus fidat quam suæ industriæ, vel labori.] Debent itaque laborare; & actionibus bonis insistere, sed multo magis considerationi vacare, & orationi confidere. Iam autem initiati ad hoc fidelibus præponuntur, vt cum labore Marthæ, quietem Mariæ, & orationis opus adiungant. Optimè enim dixit Chrysostomus. Propterea sacerdotes præpositi sunt, vt multitudinis orationes cū sint infirmiores, hisce potentiores adiungentes, pariter cum illis in cœlum ascendant. Quam efficax, & animosa sit oporteat, sacerdotis oratio, quæ seculariū orationes est quāi humeris portatura, & illis iter in cœlum pandens, vsq; ad thronum Dei penetratura. Denique hos spirituales populorum gubernatores, vult omnino Cyprianus, ne (vt orationi vacare possint) secularibus negotiis implicentur. Cū singuli (ait) diuino sacerdotio honorati, & iuncti in clericali ministerio constituti, non nisi altari; & sacrificiis deseruire, & precibus, atque orationibus vacare debeant: scriptum est enim Nemo militans Deo implicat se molestiis secularibus, vt possit placere ei, cui se probauit.] Quod cū de omnibus dictum sit, quāto magis molestiis & laqueis secularibus obligari nō debent, qui diuinis rebus, & spiritualibus occupati, ab Ecclesia recedere, & ad terrenos, & seculares actus vacare non possunt.] Perspicuū est ergo, quos Ecclesia gubernationi populorum præficit, & à cura seculariū remouet ne ab studio sanctæ orationis cessent, cum Lia, & cū Rachel habituros esse commercium, vt & amplexādo Liam, proximorum salutem curent, & Rachelē optando, contemplationis exercitia sectentur. Ex his autem facile est intelligere, quare exercitūs clericorum, licet robustissimus, auxilio aliorū indiguit ad hanc prouinciā curandarū animarum obeundam. Sanctissimus enim totius Ecclesiæ Pōtiffex nō potest solus omnes Ecclesiæ populos per se ipsū docere, & gubernare: cū habeat amplissimam illā à Christo datam potestatem in vase fictili, hoc est, in corpore infirmo, & imbecillo, quod nec valet per vniuersum orbē sibi subiectum discurrere, nec omnes filios suos (qui sunt omnes fideles) lacte doctrinæ cœlestis educare. Profecto si hoc attētare, ad sanctissimos illius pedes procumbentes moneremus illum, quia nō bonam rem faciat, hoc est, quod minime deceat tantam maiestatem, vt ad infima Ecclesiæ mēbra, & ad particularia officia se demittat, & quia minus discreto labore se cōsumat: nā in immensum vltra vires vnus hominis est negotium, quod solus non poterit sustinere. At habet cœtum venerabilem Cardinaliū, & sanctos Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos adiutores, quorum est ad particularia descendere, & mediocria iudicare; maiora verò ad ipsum, tamquam ad alterum Moysen, tamquam ad summum ducem, & vniuersalem Ecclesiæ principē (data occasione) referre. Sed isti etiam pauci sunt, si cum immensa fidelium multitudine cōferantur, nec non & tanto oneri sustinendo impares. Habet namque Episcoporum quilibet, aut amplissimā, aut satis magnam diocesim, quam nec breui tempore peragere, & nec occurrentibus necessitatibus, quæ innumerabiles sunt, prouidere sufficiet. Moses vni populo, & illi quidē, non omniū numerosissimo, imò comparatione gentium, satis angusto, præfecit, nō solum principes, sed & tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, vt partito in alios onere, tolerabilior esset ei vniuersalis regiminis cura. Quid faceret sanctissimus fidelium pater vniuersæ Catholice Ecclesiæ præpositus, quæ, vt est in psal.

A mo, tam longè lateque totam terram opplenit, vt operiat mōtes vmbra eius, & arbuta eius cedros Dei, & extendat palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagine eius.] Si solos principes, hoc est Episcopos suo gregi præponeret, & alios minores administratos, id est, presbyteros eligendos omitteret: certè non posset, vt par est, oues suas ad vberima pascua cœlorum deducere, & subiectos suos in omnibus gubernare. Meritò ergo ipsum diuinum ius, quod Episcopalem dignitatem instituit, etiam presbyterorum, & aliorum ordinum gradus in Ecclesia esse decreuit, quorum multitudine, & ipsa esset varietate circumdata, & omnia tam maiora optimè essent gubernata.

B At iam habet etiā Dominus noster Christi Vicarius numerosissimos Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum, & aliorum clericorū greges, quorum doctrina populos sibi cōmissos instituat, honestate promoueat, robore tueatur, & potestate moderetur. Verum est hoc, multiplicata est gens vsque ad sacietatem, sed non magnificata leticia. Si hūc Presbyterorum statum, & aliorum clericorum cōsideremus, clarissimè videbimus eos alioquo auxilio ad curam animarum sustinendam eguisse. Multi sunt ordine, pauci vita; multi numero, pauci merito; multi qui sacramenta ministrant, verbum Dei seminant, & alia ministeria necessaria curādis animabus exercent; paucissimi verò, qui has venerandas functiones pro dignitate tractent. Si enim Paulus de ministris Euāgelij illius primarij temporis, quādo corda sancti spiritus igne feruebāt, sine vlla trepidatione asserit: Omnes, quæ sua sunt quærūt, nō quæ Iesu Christi.] generali numero plures, qui sua commoda quærebant significans. Et rursus. Quidā quidem, & propter inuidiam, & contentionem, quidam autem, & propter bonam voluntatem Christum prædicāt; quidam ex charitate: scientes quoniam in defensionem Euāgelij positus sum. Quidam autem ex contentione Christum annunciant non sincerè, & exultantes pressuram se suscitare vinculis meis.] Quid diceret de futuris diebus, in quibus iam iam instant tempora periculosa, & sunt homines se ipsos amantes, qui penetrant domos, & captiuas ducūt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desiderijs, semper dicentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes: Quid diceret, si videret nō paucos Presbyterorum vitam militam sibi propriā penitus deseruisse, & ad seculares actiones, ad delicias, ad inanes honores, & ad scandala populorum declinasse? Quid diceret, si videret, eos scientiæ sanctarum Scripturarum ignaros, nec scire conscientijs suorum subditorū mederi, nec præcepta salutis proponere, nec ad viam æternitatis capessendam vigere? Quid tandem diceret, si videret homines spiritum Dei non habentes: imò spiritu superbiæ, & profana scientiæ studiis instatos, ex suggestu, nō more Apostolorum, sed leuissimorum oratorum, acclamantes, auribus prurientes, qui fabulas, & Ethnicorum deliramenta simplici populo verbum Dei cupienti proponunt; qui Ouidij transformationes, Virgilij carmina, & aliorum perditissimorum hominum dicta, inter prædicādum Euāgelium effatiū: diuinas autem Scripturas, & lucubraciones Sanctorum patrū, nec intelligunt nec legunt, nec si apud Christianum populum habeantur, agnoscūt? Fateor in statu clericorū viros esse doctissimos, vita graues, moribus circumspēctos, actione integerrimos, sed hos nō multos esse; plurimos verò contra, qui sacerdotalem dignitatem ignominia afficiāt, & sub ouina pelle, animalium luporum habeant, non est qui ignoret.

Philip. 2.
21.
Philip. 1.
15. &c.

2. Timot.
3. 2.
Ibid. 6.

Nec

Nec miror (vt meam sententiam aperiam) multos ex clericis sæcularibus vitam sæcularem, & mundanã nũquam deponere. & vitiorum pannos nũquam exuere, quoniam multa habet mutationi vite veteris omnino contraria. Sacerdotalem dignitatẽ, vel ipsis Angelis tremendam querunt, officia Ecclesiastica, & curã animarũ ambiunt, non amore Dei incitati, sed desiderio honoris, aut opũ allecti. Ex radice autem corrupta, hoc est, ex intentione vitata, ex sine præposito, & inordinato, mirabile esset pulchros ramos, folia viridia, flores suaves, & dulces fructus, optimã scilicet dignitatis adeptã administrationẽ cõlurgere. Profecto de radice colubri, egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrẽ.] Nã de radice prauẽ intencionis, qua Ecclesiastici ordinationẽ, & dignitatẽ quaesierunt, erumpit cupiditas, meritiuimẽ regulo cõparata, quia omnium malorũ est radix.] Hęc autẽ absorbet volucrẽ: quoniam desideria possidendi exsuscitat: & voluntatem placẽdi Deo, ac zelũ proficiendi animabus extinguit. Hęc sacerdotũ, aut aliorum ordinum amplitudinẽ, nõ obedientia coacti, sed propria voluntate, & præsumptione cõpulsũ suscipiunt: illud Pauli mãdatum contemnent: Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tamquã Aaron.] Qua sententia percutiuntur (inquit Anselmus) qui honores Ecclesiasticos, ad quos diuinitus non vocãtur, arripere cupiũt. Qui enim se ingerit, & propriã gloriã querit, non sumit honorem, s; Pontifex, aut prælatus in Ecclesia factus fuerit: sed gratiã Dei rapinam faciẽs ius alienum vsurpat.] Isti non intrant per ostium in ouile ouium, sed ascẽdunt aliunde.] Quare cum furibus, & latronibus numerãtur, qui non ingrediũtur ad oues, nisi vt furentur, & mactent, & perdant, aut certẽ cum mercenariis, qui irruentibus lupis, dimittunt oues, fugiunt, & lupus rapit, & dispergit oues. Ad eosdem gradus sine vlla consideratione, aut preparatione ascendunt. Vnde, neque corũ maiestatem, nec puritatem agnoscũt, vt secundũ quod decet, eos tractet, nec sibi viles, nec aliis fructuosos experiũtur. Sicut enim pretiosa vestis, ex auro, gemisq; contexta, alia indumenta delicatiora, & corpori accommodatiora presuppõnit, quibus calefiat, & super nudo corpore, neq; hominem foueret, neque exornaret, sed magis ludibrio, & risui cõspiciẽtib; exponeret: ita decora vestis sacerdotij, mentẽ induens, mortificatione mundam, virtutibusq; circumdatam, & humilitatẽ, ac timore paratam, in admirationem rapit, reuerentiã, & honorẽ excitabit. In corde tamen imparato, & aliis diuinis donis spoliato, risum, & contemptũ, imò lacrymas, & gemitus in iustis, ac amatoribus Ecclesiẽ mouebit. Gubernator nauigij futurus, primũ remis nauem agit, deinde ad prorã conspector collocatur, postea clauũ tenet, ac demum gubernator constituitur. Exercitus etiam imperator, miles primum, inde signifer, postmodum cuiusdam aciei ductor, tandem omnium copiarum, ac totius exercitus Imperator efficitur. Sic prorsus optimẽ cum fidelibus ageretur, si eorum futuri præpositi, primũ virtutum artem addiscerent, & in omni continentia, & rerum mundanarũ contemptu se exercerent: quia tamen sacerdotes hanc ascendi rationem non seruant, neque in virtutum gradibus antea quam in fastigio sacerdotali pedes affectuum suorum collocant; hinc oritur, quod optimẽ Nazianzenus, vt ordo in toto Christianismo sanctissimus, in toto Christianismo maximẽ sit ridiculus.] Non enim virtute magis, quã malitia & fraude sacerdotij dignitas paratur, nec meliores, ac digniores, sed potentiores thronis insident. Samuel

inter prophetas, ille inquã futura prospiciens, sed & Saul vilis & abiectus. Roboã Salomonis filius inter reges, sed & Ieroboam seruus & rebellis. Cũque nec medici, nec pictoris nomen quisquam obtineat, nisi prius morborum naturas expenderit, aut multos colores misceuerit, variãsq; formas penicillo expresserit: Antistes cõtra facillẽ inuenitur, non elaboratus, sed recens, quantum ad dignitatem, simul latus, ac prouectus, quemadmodum gigãtes poẽta finxerunt. Vno die sanctos finximus, eosq; sapiẽtes, & eruditos esse iubemus, qui nihil didicerũt, nec ad sacerdotium quicquam antẽ contulerũt, præter quam velle. Atque is quidem inferiori sede acquiescit, humilisque stat, qui sublimem promeretur, atque, multũ diuque in diuinorum sermonum meditatione versatus est, & multũ diuque carni leges sanxit ad spiritui obediendum: hic contra fastuosẽ sedet, atque aduersus meliores inpercilium attollit, nec thronis intremiscit, nec aspectu cohortescit, cũ moderatum hominẽ, cupiditatibusq; imperantem inferiori loco stantem intuetur. Verũ simul cũ imperio, & dignitate sapientiorẽ quoque sese existimat, prauẽ vtiq; sentiens, atque à potentia, & auctoritate demẽtatus.] Sic ille suorum temporum calamitatem deplorat, & multo magis nostrẽ ætatis miserã deploraret, in qua homunciones vilissimi, nulla scientiã doctrina fulti, nulla virtutis exercitatione pollentes, repentẽ sacerdotes prodeunt, & scientiam bene studiosq; viuendi, atque virtutum doctrinam, quã nesciunt, aliis proponere non erubescunt.

Sed demus, clericos sæculares, & intẽtionẽ bonã, & prælati iussu, & preparationẽ debita ad honorabiles Ecclesiẽ gradus accessisse. Quis explicet quanta subeunt ex ipsã sæculi habitatione pericula, quã illos à zelo animarum, & à procuranda salute proximorum impediãt? Opes possident, quibus se ipsos, familiãq; sustentent, & sub prætextu necessitatis, cupiditas eorum animos expugnat, & demũ ad coaceruãdas diuitias, & recondendas pecunias, constanter instigat. Quis autem sit huius expugnationis euentus, Bernardus in hunc ferẽ modum scribit. Quanti hodie fecus affectos se ostendunt (de his dico, qui animas regere susceperunt, quod enim sine miserabili gemitu dicẽdum non est) Christi opprobria, sputa, flagella, clauos, lanceam, crucem, & mortem, hæc omnia in fornace auaritiẽ conflãt, & profligant in acquisitionem turpis quæstus, & pretium vniuersitatis suis marsupijs includere festinãt. Hoc solo sanẽ à Iuda Iscariothis differẽtes quod ille horum omne emolumentum denariorum numero cõpensauit: isti voraciori ingluuie lucrorum infinitas exigũt pecunias. His insatiabili desiderio inhiãt, pro his ne amittant, timent, & cũ amittunt, dolent: harum in amore quiescunt quantum dumtaxat liberũ eis est à seruandi, vel augmentandi cura. Animarũ, nec reputatur casus, nec salus. Nõ sũt profecto matres, qui cũ sint de crucifixi patrimonio, nimirum inerasati, impinguati, dilatati, non compatiuntur super contritionem Ioseph.] Multi eorum à domibus seminarum exire non possunt, quia commoditatẽ alterius habitationis catent, mulierũ colloquia, & visitationes frequentãt, ne inculti, & agrestes reputetũr. In hac verò conuersatione õ Deus, quanta discrimina, quanta aduersus castitatem tendiculã, quanta proximorum scandala, quanta incitamenta lasciuia. Cypriantus quidẽ acerrimẽ, & verissimẽ in hæc clericorum cum mulieribus habitationẽ inuehitur, cuius sententiam prolixum esset recẽsere. Sed inter alia hos enumerat, non obseruata circumspiciõnis fructus. Respicite quanta mala cõuersatio

1. Reg. 10
12.
3. Reg. 11
43. 6
12. 20.

Per. in
cant. ser.
10.

Isaia 14.
29.

1. Timot.
6. 10.

Hebra. 5.
4.

Anselm.
ibidem.

Nazianz.
orat. in
laudem
Basiliij.

parilitatis

p. 22
p. 1.
6.
mot.
6.

Cypri. lib.
de singul.
clericorū.

parilitatis huius acquirat, quæ non nisi corruptionem feminat, pullulat vitia, cupiditatem concipit, ignominiam parit, rabiem concitat, porrigit furiam, lasciuam pascit, petulantiam nutrit, calus exaltat, ruinas ædificat, rapinas erigit, præcipitia instruit, periculis nauigat, naufragiis velificat, perditione gaudet, interitū fouet, confusione mercatur, thesaurizat opprobrium, criminationes exaggerat, accusationes inflamat, & cateruatim semel in fascem glomerans numerosas indagines captionum, per infinita dedecorum simplices mortes inuehit, in perniciem perditorum: Hoc itaque, & tãtas strages calamitatis, & strages pessime cõuersionis, nemo prosternit, & nemo calcit, nemo funestat, nisi singularis castitas, solaq; munimen inuictum est sanctimonie, & expugnationis fortis infamie. Tandem inter præfationes educati, inter ambitiones præbendarum, & dignitatum enutriti, inter cupiditates maiorū honorū, superbia, & fastui assueti, quo pacto etiam vsq; ad dedecus, pro saluandis animabus laborabūt, vsque ad verbera pro manifestanda veritate peristent, vsque ad effusionem sanguinis pro conuertendis infidelibus sustinebunt? Aliæ sunt eorum curæ, aliæ sollicitudines, quæ omnes ad fastum, & arrogantiam tendunt, ad delicias, & profusionem bonorum Ecclesiasticorū, bonorum scilicet pauperum, diriguntur. Audiamus Bernardū, quas in Ecclesiasticis curas agnoscat. Væ (ait) generationi huic à fermento Pharisæorū, quod hypocrisis, si tamē hypocrisis dici debet, quæ iā latere præ abundantia non valet, & præ impudētia non quærit. Serpit hodie putida tabes per omne corpus Ecclesiæ, & quò latius, eò desperatius, eoque periculosius, quò interius. Nā si inlurgeret apertus inimicus, hæreticus, mitteretur foras, & aresceret; si violentus inimicus, absconderet se forsitam ab eo. Nūc verò quē eiiciet, aut à quo abscedet se? Omnes amici, & omnes inimici; omnes necessarii & omnes aduersarii, omnes domestici, & nulli pacifici; omnes proximi, & omnes quæ sua sunt querūt. Ministri Christi sunt, & seruiūt Antichristo. Honora ti incedūt de bonis Domini, qui Domino honorem non deferunt. Inde is, quem quotidie vides, meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus; inde aurū in frānis, in sellis, & calceis, & plus calcaria, quā altaria folgent, inde splēdida mensæ, & cibis, & scyphis, inde comestationes, & ebrietates. Inde cithara, & lyra, & tibia. Inde redundantia torcularia, & propuaria plena eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmetaria. Inde referta marsupia. Pro huiusmodi volūt esse, & sunt Ecclesiarū Præpositi, Decani, Archidiaconi, Episcopi, Archiepiscopi. Nec enim hæc merito cedūt, sed negotio illi, quod perambulāt in tenebris. Olim prædictū est, & nūc tēpus impletionis aduenit. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara prius in nece martyri, amarior post in conflictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum. Non fugare, non fugere eos potest; ita inualuerunt, & multiplicati sunt super numerum. Intestina, & insanabilis est plaga Ecclesiæ, & ideo in pace amaritudo eius amarissima. Sed in qua pace? Et pax est, & nō pax. Pax à paganis, & pax ab hæreticis, sed non profectō à filiis. Vox plagentis in tempore isto. Filios enutriti, & exaltati, ipsi autē spreuerunt me. Spreuerunt, & maculauerunt me à turpi vita, à turpi quæstu, à turpi commercio, à negotio deniq; perambulante in tenebris. His ergo clerici occasionebus irretiti, his vinculis compediti, his animi ægritudinibus enervati, non dubium quin opus habeant præsidio fortiorum militum, quo curæ sibi à Domino demandatæ cu-

Bern. ser.
33. in
cant.

Psa. 145.
13.

Isaia. 38.
16.

Psal. 39.
6.

Isaia. 1. 2.

A raudatum animarum felici euentu respondeant.

Religiosos in auxilium Status clericali datos esse, vt saluti animarum consulant, & vitæ suam mistam profiteantur.

CAPVT XXXV.

VITæ tam ingenti clericorum, ac totius Ecclesiæ necessitati ille remediū attulit, & præfentissimum auxilium adhibuit, qui adiutor est in opportunitatibus, in tribulatione, vt agnoscentes eum sperent in eum: quia numquam diuinum nomen quærentes se, & inuocantes derelinquit. Hoc autem fuit remediū. Muniuit Dominus Ecclesiam alio exercitu fortissimorum militum, si fortè alij dici possunt, qui à prioribus maiorim taxat vitæ puritate, & strictiori bene viuendi obligatione, nō verò, aut natura, aut lege, aut fine, aut medijs ad consequendum finem fecerunt. Dedit adiutores statim clericorum, vt eum suo exemplo ad præliandum incitaret, & opere, ac labore ad pugandum & vincendum iuaret. Misit sacerdotes fidelibus suis, qui non spe lucri, sed diuini amoris obtētū, non propria volūtate, sed prælatorum iussu: nō virtutibus desituti, sed vestimētis animæ, spiritualib; que donis ornati ad gradum sacerdotalem suscipiendum accedūt: cuius ministeria, ab occasionebus incontinentiæ sequestrati, sine vlla cura diuitiarū, sine vilo impedimēto ambitionis, sine vilo desiderio inanis honoris exequantur. Isti autē sunt omnium sanctorum ordinum sacerdotes religiosi: quippe quos, cum sæculum irrideant, mūdāna contemnāt, & carnis desiderijs contradicant, credendum est hac intentione, & præparatione, qua diximus, & hoc affectu Deo placendi dumtaxat, & proximos adiuuandi, ad sacerdotalem dignitatē ascendisse, & prædicationis onus acceptasse. Est autem cōsideratione dignissimum, quā sapientia Dominus hos milites subsidiarios in adiutorium status clericalis emiserit, & quanta prouidentia eorum cohortibus validissimis, vrbes, & oppida Christianorum repleuerit. Primū enim Basiliū in Grecia, quia fortè maior vrgebat necessitas, & deinde Benedictū in Italia sulcitauit; illum quidem circa annum Domini trecentesimo sexagesimo: Istum verò ferè sequenti mox sæculo, anno nimirum (vt fertur) quingentesimo vigesimo, qui monachos antea in eremo degentes, & sibi solis vacantes in cœnobijs, ac monasterijs prope oppida ac ciuitates coegerūt, vt secum alios in cœlestem patriam deferret, à laqueis dæmonis sua præfētia protegerent, calore fouerent, & vitijs ac peccatis eriperent. Hoc autem fuisse à Deo inspiratum sancto Benedicto consiliū, ex eo non obscure colligitur, quod sanctissimus Patriarcha ad monachos informandos, & religiosam disciplinam propagandam euocatus, nō potuit aliud cœnobium construens iuxta vrbes & oppida, quærere: nisi vt commilitones suo exēplo, & verbo proximis essēt fructuosi. Quod & hospitalitatis officium, ab hac sacra religione susceptū, adhuc clariùs euidentiusque demonstrat. Cuius enim rei gratia tunc Benedictus, tam officiosam excipiedorum hospitium curam indixit; nisi vt eius religiosi id facerent, quod nunc faciūt, & occasione dilectionis fraternæ, aliquod spirituale emolumentū hospitium animabus afferret: suscepti autem hospites (inquit in regula) ducentur ad orationem, & postea se deat cum eis Prior, aut cui iusserit ipse. Legatur coram hospite lex diuina, vt ædificetur; & post hæc omnis ei exhibeatur humanitas. Ille erat, si nō so-

lus, saltem

lus, saltem præcipuus hospitalitatis scopus, proximos ad orationem hortari, & in custodia diuinæ legis erudire. In eundem verò finem sanctum Basilium oculos cõiecit: adhuc est manifestius, cum huiusce rei Gregorium Nazianzenum habeamus attestatorè. Vt autem (inquit) nõ solum sibi, sed aliis quoque proficeret, primus cœnobii excoGITAVIT, ritumque illum monachorum antiquum, atque agrestem, ad ordinem quemdam, ac formulam religioni propriam redegit. Cum enim animaduertisset, eos, qui in communibus vita, hoc est: aliis mixti, agunt, etiam si monasticam abstinentiam, seruent, aliis quidem vtilis esse, non ita sibi ipsis, cum in multis eos malis versari necesse sit, quæ vitæ quietæ omnino perfectæ contraria videntur; eos verò qui in solitudine procul ab aliis degunt, firmiores sanè in proposito, magisque Deo coniunctos, attamen sibi tantum vtilis, cum rerum experientiam non teneant, nec eum aliis commercium vllum habeant, vtrumque vitæ genus coniungere conatus est. Quamobrem monachorum cœnobii, haud procul ab iis, qui in hominum societate viuunt, adificari iussit, nec omnino separauit, vt & propinquitate, cum opus charitatis exposceret, adesse possent: diffici alioquin propriis terminis, ne quies eorum interrampi per multitudinem posset, nec ipsi monachi actionis merito, quod ex impendenda aliis charitate existeret, priuarentur. Nec rursus eorum actio per tumultus inutilis efficeretur; & alter alterum hoc modo iuuare posset, vt monachorum vita per conuersationem eorum, qui in cõmuni agunt, fructuosa fieret, & ipsi à monachis quietem, sapientiam, contemplationemque discerent, quemadmodum terra, & mare se se inuicem amplectuntur, & iuant.] Et hæc quidè fuit Sanctorum istorum patrù cogitatio, quam non solum omnes facti Benedicti propagines, vt Cluniacensis, Cisterciensis, & alia; sed omnes etiam sacri ordines deinceps instituti, atque fundati, nõ sine diuino afflatu amplexi sunt. Nullus est enim aded solitudinè additus, & diuinæ contemplationis amans, quem non Deus ad aliquam proximorum vtilitatem excitauerit. Nam (vt alios omittam) certè Carthufes, non solum oratione; & exemplo; sed actione etiam, & doctrina Ecclesiæ proficiunt; dum conscribendis libris, qui eorum doctiores sunt, ex instituto operam nauant, & piis colloquiis sæculares eos intuentes, instituant: & licet non à suæ fudationis exordio, nunc tamen confessiones ad se accedentium, & penitere volentium excipiunt. Nec non & Eremitæ, qui nomen, & regulam Beati Augustini profitentur, post tempora; quæ statim dicemus, ne Alexandri Papæ quartus iussa prætereant, in medijs vrbibus cœnobii extruunt, & verbo doctrinæ, ac labore audiendi confessiones, & docedi sacram Scripturam non minus, quàm alij à prima sua institutione ad hoc onus vocati, in Ecclesia fructificant. Quamobrem, & sibi iam possunt assumere, quod Hugo de sancto Victore, non Eremita, sed Augustinianus canonicus de se, & de suis contubernaliibus aptè conscripsit. Quibusdam sola Rachel, quibusdam sola Lia placet. Amant enim quidam cõtemplationis pulchritudinem, quietem silentij, lectionis speculum, conscientie puritatem, piæ meditationis consolationem, charitati diuinæ quasi vultui Rachelis inherere, aspectibus animæ; tamquàm voluptuosus amplexibus illius astringuntur. Aliis verò solius Liæ fecunditas placet: generat verbo prædicationis filios, hos nutrant lacte consolationis, illos verò pasta cibi fortiores reddunt. Necessariò seruiant labori, curâ rei familiaris gerunt, necessaria fratribus subministrant, & sunt quasi vela, aut saga cœlicia quibus tota pulchritudo tabernaculi

Nazianzen.
orat. in
laudem
Basilij.

Gabellinus in
vita.

Jordan.
Sax. lib.
1. vita.
fra. c. 10.
& 16.

Hugo, lib.
2. de nu-
ptis. c. 1.

A à vento & pluuia custoditur. Apud nos autem vtraque ducitur, id est Rachel, & Lia: ne intolerabilis sit labor Liæ, ne quies Rachelis habeatur rædio, sed constitutis horis sibi inuicem succedant, labor orationi, oratio labori, lectio meditationi, meditatio prædicationi.]

Hæc Basilij, & Benedicti, & aliorum religiosorum instituta, qui duorum prædicatorum patrum vestigijs inhererent, auxiliorum Episcopis, & aliis Ecclesiasticis datorum fuere primordia. Hæ primæ religiosorum acies in medium productæ, vt fratribus suis sacerdotibus sæcularibus subsidio essent, hostibus Dei, peccatis, & vitijs se fortiter opponeret, & simul cum primis militibus, qui acre prælium inceperant, & iam præ lassitudine dimicare nõ poterant, de Diabolo, & Angelis eius victoriam reportarent. Sed quia isti milites religiosi, veluti à longè cum infestissimo hoste cõfligebant, neque omni armorum genere decertabant, & quia mundi miserabilis seruitus, qua demoni seruebat, vitiorum rabies, iniquitatum impetus, & iniquorum procacitas, maiores adhuc vires, vt deicerentur, postulabant, alium Deus robustissimum instruxit exercitum, qui omnibus armis necessarijs vteretur, & omnino clericorum more pugnaret. Misit ergo circa annum sexcentisimum post Benedictum, duos fortissimos imperatores, duo fulgentissima Ecclesiæ lumina, Dominicum, & Franciscum, qui non iam propè vrbes, sed in medijs vrbibus, in ipsis populorum plateis suas domos, acies vti que munitissimas instruerent, quorum milites, tamquàm leones inuicti, docendo, concionando, peccatorum confessiones audiendo, & alia ferè omnia clericorum ministeria præstando. (Nam verè clerici, & sacerdotes sunt) tanta militia se opponerent, & Diabolo furenti & pene vincenti resisteret. Has autè duas religiosorum familias, ex instituto animarum saluti consulere tā cuiusdè est, vt confirmatione nequaquàm indigeat. Illa enim Prædicatorum religio diuinitus ad prædicandam vocata est; atque eius Pater Dominicus post confirmationem ordinis, à sanctis Apostolis Petro & Paulo ad prædicandam inuitatus; quorum ille, Dominico in extasim raptò, scipionè, iste librū tradere videbatur, ac simul dicere ad eum: Vade, cõcionare, diuinitus ad id ministerium electus. Hic verò cœlesti oraculo didicit se ad lucrū animarum euogari. Nam cum fratres à Præfisco in suam familiam admissi dubitaret, quoniam vitæ ratione essent sequuturi, Beatissimus Pater (vt Bonauertura narrat) non de sua, vel suorum confidens industria, per orationis instanciam, diuinæ super hoc voluntatis beneplacitum requisitum supernæ igitur reuelationis illustratus oraculo, intellexit se ad hoc missum à Domino, vt Christo lucraretur animas, quas Diabolus conabatur auferre.] Quæ verò felici auspicio, quàm admirabili totius Ecclesiæ fructu isti duo præstantissimi imperatores, ac omnes eius fratres pugnauerint, non est nostrum recensere, qui non historiam teximus, sed viam ad vitæ spiritualis mixtæ tractationem paramus. Illarum igitur duarum religionum fundatione, nõ solum magnū datum est fidelibus adiumentum, sed ingenis quoque facta est militum externorum accessio. Nam anteriores religiones, quæ prius quasi occultè pugnauerant, istorum feruidorum patrum exemplo, in publicum prodierunt, ordines sacros non ambierunt, sed humiliter admiserunt, & functiones clericorum, nõ minori utilitate, quàm admiratione, & laude tractant. Recetiores verè post fundationem Prædicatorum, & Minorum, aut de nouo instituta, aut ad nouam formam, quam nunc habent, redactæ, quales sūt Carmelitana, Augustiniana, (de qua paulò antè diximus) Hieronymiana, nec-

Theodori
in vita.
lib. 1. c.
vlt. &
lib. 2. c. 1.

Bonauert.
in vita. c.
4.

non & redemptionis captiuorum, opera sancti Raimundi Dominicali instituta, & Minimorum à sancto Francisco de Paula fundata; ac breuiter ferè omnes alia zelo animarum incensa, & fructu delectata ei de oneri prædicandi, & iuuandi proximos, nõ sine magna Ecclesie ædificatione filiorum suorum ceruices supposuerunt. Quæ gloria sanè eximia in sanctissimos Patres Dominicum, & Franciscum redundat. Nam sicut sol corpora superiora, & inferiora in medio totius orbis constitutus illuminat; ita illi exemplo suo, antiquiores, & recentiores ordines ad considerandum animarum valorem illuminarunt, & ad zelandam earum salutem, exercitarunt.

Lutheri
dicit.

Novissimis autè temporibus, anno nimirum millesimo quingentesimo quadagesimo, cum mirum in modum dominabatur iniquitas, cum pestifera hæresum lues in oues Christi grassabatur, cum reuelabatur hominibus peccati filius perditionis, qui non veritus est aduersari, & extolli supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, nec timuit in Ecclesia instar magistri sedere, cum esset discipulus Diaboli, & absurdissima dogmata, ac planè hæretica prædicare: Tunc Dominus benignissimus Ecclesie pater, à militia sæculi, ad militiam spiritus vocauit **IGNATIUM** Parentem nostrum optimum, qui expeditissimus, & fortissimos milites in vno ordine religiosum coegit, ut infideles ad fidem adduceret, hæreticos ad veritatem reuocaret, peccatores ad bonam frugem conuerteret, iustos ad maiorem sanctitatem proueheret, & intrantibus in Ecclesiam calamitatibus, se ipsum potenter obiuiceret. Hic religiosus ordo (quem ego à prima adolescentia; licet indignus, sed lætus, profiteor) clericorum est, ad hoc profectò institutus, ut clericale statum in deteriora collapsum, & à primo suæ institutionis feruore remotum, exèplo sanctorum clericorum erigeret, & ad auream illam ætatem primitiua Ecclesie (in qua omnes clerici erant religiosi) reduceret. Hic primo suam perfectionem quærens (ne præcepti charitatis inueniatur transgressor, quæ à nobis ipsis debet incipere) secundo loco ferè omnia munera clericalia ex instituto cõplectitur, ut ex formula à Beato Patre nostro **IGNATIO** composita, & à sede Apostolica non semel approbata, manifestè cognoscitur. Nã rudimenta Christianæ fidei paruulos docet; in eisdem mytheris rudiores instruit, omnibus linguis ac scièntiis ad sacram Theologiam addiscendam necessariis, & in ipsa sacra Theologia, tum morali, tum scholastica, tum expositiua, adolescentem informat. Per confessionis sacramentum peccatores purgat; Eucharistie administratione iustos sustentat; prædicatione verbi Dei dormientes excitat: tepidos mouet: peccatores conuertit: disputationibus cõuincit hæreticos, exèplo, & doctrina cõpellit intrare infideles: consilio iuuat gubernatores reipublicæ; oratione regibus ac principibus fauet: summo Christi Vicario in omnibus seruit, & vniuersam Dei Ecclesiam laborando cõstituat. Hic tandè ordo videtur datus à Domino, impietibus in lucem; errantibus in viam; peccatoribus in gratiam; tepidis in ignem, hæreticis in malleum; infidelibus in remedium; pusillis in solatium, magnatibus in consilium, & sanctissimo Domino nostro supremo Ecclesie captiui in obsequium fidelissimam.

Omnes isti religiosi cætus, siue ex solitudine in populos translati, siue à prima sua fundatione in populis instituti, Episcopis, & clericis in adiumentum dati sũt, ut illis tanquã cohortibus validissimis vndiq; cincti concipiãt animos, & bellum aduersus omnia vitia sibi commissũ gnauiter prosequãtur. Habitant in oppidis, & in urbibus, ne sæculares exemplo summæ virtutis careant, quod eos ad mediocrem sal-

Atem virtutem trahat, & ne doctrina efficaciter proposita indigeant, quæ illos ad mandatorum obseruationem inuiter. Huic enim loco optimè cõgruit illud Ambrosij: Nec absurdum putes, quod facinorosi cohabitant piis, maculosi sacris. Opus enim habent purificari, qui aliquo polluti sunt delictorum contagio. Sicut ergo farina subacta fermentum iniicitur, ut tota massa fermentetur, ita religiosi viri secularibus pene habitatione miscetur, quod eos timore Domini, & legis Diuinæ custodia perficiat. Quare, quod de fidelibus dixit Chrysostronus, cum inter Ethnicos, & infideles habitabat, possumus optimè ad religiosos in urbibus secularium commorantes transferre. Non dixerim (inquit) quod non liceat nobis versari

Amb. lib.
2. de
Cain. c.
4.

Binter gètes, sed licet cum illis versetur, nostram tamen custodiamus virtutem, sic eos ad nostram trahentes religionem, & propter honorum operum administrationem, doctrina ei auctores simus. Ea enim de causa communis omnium Dominus permittit simul versari bonos, & malos, piros, & impios. ut boni lucrifaciant malos qui in malitia adhuc sunt derecti, manu ducatur ad pietatem. Optimè quidem. Quia Dominus non negligit bonos, & iustos, & præcipue sibi per holocaustum religiosæ vitæ consecratos, ut eos inter hostes suos, nimirum inter iniquos habitare permitteret, nisi eorum laboribus malos euincere, & ad omnem sanctitatem conaretur pertrahere. Dedit eos in lucem gentium, nõ vt incalsum illuminent, sed vt sint salus eius vsq; ad extremam terram: & homines ab impietate ad pietatem, à tenebris ad lucem, à peccato ad Dei amicitiam traducat. Nec putandũ est nos affirmare cõtraria, dum dicimus, religiosi fofitos, & sæculum fugere, & in sæculo permanere. Fugit nãq; sæculum, quia vitia illius damnant, & radicibus à cordibus propriis extirpant: & manent in eo, quia inter homines terrenos, vitæ nõ terrenæ, sed cælestis institunt. Fugit sæculum, quia affectibus, & desideriis mundanorum se nequaquam immiscet: & viuunt corporaliter in illo, nã si inter mundanos non viuerent, debuerat (quemadmodum inquit Paulus) ex hoc mundo, hoc est, ex humana conuersatione exisse.] Fugit sæculum quoniam verè animo & corpore ad statum religiosum conuolarunt, & illud non fugiunt, quia inter medias ciuitates, & populos, cœnobita construunt.

Chryf. in
40. in
Genef. ad
finem.

D Sed ne hoc onus tremendum quidem, & debilibus humeris importabile religiosi cum magno periculo suæ salutis portantum accipiant, debent omnino vitam militiam arripere, hoc est, non tantum actiones, licet bonas & proximis vtilis, se ipsos effundere, sed etiam sepius ad secretum orationis recurrere, & ad quietem contemplationis properare. Sunt ipsi sal terræ; at istud sal mundanos nõ saliet, sed in aquam, vnde sumptum est, miserabiliter se conuertet, si aquam secularium curarum non fugiat, & consideratione cœlestium rerum, & despectione inanis honoris, & gloriæ minimè se à mari sæculi, & à fluminibus affectuum secularium cõtineat. Sunt ipsi lux mundi, sed ista lux nequaquam lucebit, aut ignorantes illuminabit, si ventis sepe perferat expulsa, si in laterna cella nõ se frequenter abscondat, si oleum deuotionis in officina meditationis nõ emat, quo se ipsam foueat, inextinctamque conseruet. Sunt ciuitas supra montem posita, hoc est, supra statum Ecclesie perfectissimum cõstructa, sed ista ciuitas non poterit aliis esse præsidio, si murum orationis dissipet, si ianuam circumspectionis corruptis cupiditatibus pandat, si ignem feruoris ignitos globos in hostes eiaculantem extinguat. Habent isti non vnum, aut duo, sed quinque talenta, ad negotiandum sibi da-

1. Cor. 5.
o.

liberavit eam à perditione; Qui prauuluit amplifica-
re ciuitatem; Qui adeptus est gloriam in conuersa-
tione gētis: Ita religiosus sacerdos, qui magnus vir-
tute ac sanctitate esse cupit, vitæ suæ rationē insti-
tuat, vt his duabus rebus illam exornet. Primū qui-
dem, templum cordis sui obliuione rerū celestiu,
& distractione curarum mundanarum penē collap-
sum, meditatione nouissimorum inflauet, & cōsi-
deratione virtutum Christi corroboret. Muro pro-
uidæ circūspēctionis ex noticia humanæ fragilitatis
exortæ. circūdet: qui inter domesticos, & externos,
hoc spirituale templum custodiēs, (omnia enim sunt
plena periculis) ad modū duplicis ædificationis af-
furgat. Compunctionis aqua ductum memoria præ-
teritorum defectuum, & temporis in vanum expēsi,
refarciat, vt ad similitudinē maris fontes lacryma-
rum effundat. Deinde verò fratres suos, carnis ille-
cebris inescatos, ab æternis suppliciis, factamētōrū
administratōne, & doctrina liberet, & celestem patri-
am amplifiet, & ciuibus, id est, peccatoribus cō-
uersis ad eam, virtute suarum exhortationum, missis
adaugeat, vt sic gloriam & honorem Prædicatorum
assequatur. Sit per omnia similis illi secūdæ legis la-
tori, cuius encomia ab hac sententia acceperūt ini-
tium. Dilectus Deo, & hominibus, Moyses, cuius
memoria in benedictione est.] Hic enim (vt supra
protulimus) religiosi vitam mistam colentis præfert
imaginem, & non solum eius gesta, quæ breuiter e-
narrauimus, sed etiam eius nomē perspicuè demon-
strat. Moyses namque assumptū ex aqua (vt ait Hiero-
nymus) aut à flumine seruatiū designat: & religio-
sus à flumine rerum transeuntium seruatur, & in ri-
pa stabili vitæ religiosæ constituitur. Hic ergo curet
Deo, & hominibus esse dilectus. Erit dilectus Deo,
qui sibi similes diligit. Si Dei opus, scilicet, diuinitatis
contemplationem, teneat, & eius virtutes, māsuetu-
dinem, misericordiā, bonitatem, & puritatem imite-
tur. Erit autem hominibus charus (qui proprium ho-
num diligunt) si eis se vitiorum medicum, virtutis
magistram, supernorum donorum datorem, & spiri-
tualium miseriarum depulsorem exhibeat. Sit deni-
que religiosus ad animas lucrandas vocatus, sicut
fortissimus ille Iudas Machabæus, in bello strenuus,
in pace prouidus, qui instante bello fortiter se ges-
sit: bello autem cessante, loca polluta mundauit, sã-
cta renouauit, diruta ædificauit. Ecce (ait) contriti
sunt inimici nostri, ascendamus nunc mudare sancta,
& renouare. Sic prorsus, qui hostes Christi est
prostraturus oblata opportunitate, miseris pecca-
tores sanctis ministerijs iuuat, dæmonum tendicu-
las detegat, aduersus cuneos vitiorum oblatret: ces-
sante verò occasione pugnandi se ipsum lacrymis
purget, sancta desideria reficiat, & quæ ex munda-
norum conuersatione corruerant, orando, & ge-
mēdo restauret. Richardus sanè Victorihus mētio-
nem huius fortissimi ducis faciens, ad eius imaginē
Prædicatorum vitæ rationem componit. Ita milites
Christi (ait) docti sunt nunc cum hostibus forti-
ter dimicare, & nunc mentis suæ (quæ domus Dei
est) polluta mundare, & virtutes ædificare, sancta
studia, & pia opera renouare.] Non satis est vitæ
istorum, aut solum pugnare, aut solum se ipsos vir-
tutum operatione perficere, sed vtrique muneris at-
tendant, necesse est, vt in bello, & in pace inuenian-
tur strenui.

Illud deinde colligitur, vitā mistam omne genus
contemplationis atque orationis comprehendere,
sed non omne genus actionis tamquam sui partem
admittere. Eas namque actiones dumtaxat sibi pro-
prias & germanas agnoscit, quæ proximorū saluti,

A atque celestis patriæ ædificationi deseruiunt. Actio-
nes enim alia temporalis necessitatis corporum ser-
uientes, perfectæ orationis exercitationem non exi-
gunt, perfectæ etiam oratio prædictarum actionum
laborem ex necessitate non requirit, quare in vnum
vitæ genus, quod ab actiua & cōtemplatiua vita dif-
cretum sit, minimè colligantur. At Euāgelicum ani-
marum ministerium, ita perfectæ orationis studium
exposcit, vt sine illo labascet, & in sibi necessario fer-
uore, & efficacia frangatur. Oratio quoque perfectæ,
si mentem inueniat, tum iuuandis proximis aptam,
tum sexu, aut statu, aut alio obstaculo non impedi-
tam, statim ad salutem proximorū vocat, suadet, in-
uitat. Ex quo perspicitur, ista duo, sic in vnū institu-
tum copulari, vt vnam vitam à duabus aliis seiuictā
efficiat. Multos vidimus ad actiuam vitam vocatos,
sine studio orationis, illius præsertim, quæ sola mē-
te fit, studiosè se gerere, & sine querela, bonis ope-
ribus in rectitudine & sinceritate cordis insudare.
Multos vidimus ad contemplatiuam vitam vocatos,
sine labore exteriarum actionum ad perfectionem
contemplationis ascendere, & externis operibus nō
iuuari, sed impediri. At nullum vidimus ad anima-
rum salutem vocatum, ad ministerium prædicationis
euectum, ad actiones Ecclesiasticas administrandas
admissum, sine aliqua orationis, & considerationis
supellectili, aut sibi ipsi, aut aliis abudatè proficere.
Huius vitam Dñminus ita disponit, vt nunc ad que-
rem contemplationis vocet, nunc ad sollicitudinem
actionis alliciat. In cuius signum charissimam spon-
sam, iam in lectulo dormientem, tamquam fidelissimam
amator custodit, iam eam exsuscitat ipse, & vi-
carum, ac pntationis curam iniungit. Adiuro vos
(inquit) filia Hierusalem peccatores, ceruosque cap-
porum, ne suscitatis, neque euigilare faciatis dile-
ctam, quoad vsque ipsa velit.] Et non multa interie-
ta mora, currit ipse, qui tam mirabili adiuuratione
illectæ somnum zelabat, currit, in quā, instar caprea
innuilique ceruorum, & quiescētē, ac soporata
exsuscitat, dicens: Surge propera, amica mea, colu-
ba mea, formosa mea, & veni.] Istius duplicis cura
tam distantis arcanum, Bernardus propria experiē-
tia doctus, in hunc ferè modum exponit. Quid sibi
vult tam subita hæc mutatio voluntatis, siue cōsiliij?
Putas ne leuitate vsum sponsum, & aliquid voluisse
prius, quod mox noluerit? Minime. Sed agnosce
eas, quas vobis supra, si meministis, commendauit, &
non semel, vicissitudines vtrique sanctæ quietis, ac
necessaria actionis, & quia non sit in hac vita copia
cōtemplandi, nec diuturnitas otij vbi officij, & ope-
ris cogentior vrget, instantiorque vtilitas. More igitur
suo sponsum, vbi dilectam paululum in sinu pro-
prio quiescisse persentit, ad eo denuò, quæ vtiliora
visa sunt, trahere nō cunctatur.] Quia ergo actiones
vitæ mistæ tales natura sunt, vt orationē & contem-
plationem imbibant, & tamquam propriam animā,
ex qua efficacitatem accipiūt, respiciāt, & quia ora-
tio quoque perfectæ talis est qualitatis, vt aptos &
non impeditos ad proximis iuuandos impellat, in-
de est, quod hæc duo, contemplatio & actio, vtilita-
tis animarum gratia suscepta, vnum institutum,
eamdemque viuendi rationem constituent.

E Illud postremò sequitur, vitam istam ex institu-
to, siue ex æquo in studium orationis, atque in la-
borem huiusmodi actionis incumbere. In hoc eni-
m præcipuè ab actiua & contemplatiua secernit-
ur, quod illa orationis secreta rimatur, vt actiones
suas dirigat, & examinet: hæc verò sollicitudinem
actionis admittit, vt propriæ necessitati & imbe-
cillitati consulat, quæ a celestibus resiliere, & infir-

mis in

Ecc. 4.5.
1.

Hier. li. de
non. He-
bra. in
Exod.

1. Mach.

1. Mach.
4.36.

Richard. in
cant. c. 11

Cant. 7.

Cant. 2.10.

Bern. fr.
c. 8. in cã.

1. Tim. 4. 16.

psal. 41. 9.

1. Cor. 6. 4.

Greg. 9. mor. c. 14.

mis inherere propria mortalitatis grauitate cōpelli-
 tur. At vitæ mīstæ propōitum est, tum cōtemplatio-
 nis tranquillitatem, tum actionis proximis fructuo-
 sa curas, pari studio & intentione suscipere, tamquā
 duplicem sui partem, quæ affectat ad consummatam
 charitatem admitti, vniuersamque dilectionis Dei,
 & proximi implere iustitiam. Eius desiderium est ma-
 gno illi præcepto Pauli satisfacere: Attende tibi, &
 doctrinæ, in ista in illis: hoc enim faciens, & te ipsum
 saluum facies, & eos, qui te audiunt. Attendit sibi,
 cum in abdito cubili mentis considerat, qualiter vi-
 uat, & omnia sua interiora, & exteriora recogitat, vt
 ad meliora promoueat: & diuina mysteria perlu-
 rat, vt visibilia contemnat, & inuisibilia acie mentis
 cognita concupiscat. Attendit doctrinæ, cum impese
 laborat, vt arguendo, obsecrando, increpando, alios
 ad cognitionem, & amorem sui creatoris adducat.
 Hæc autem duo præstat, & sibi, & aliis fratribus
 (omnes enim homines fratres sunt) ianuam patriæ
 cælestis aperit. Ex quo igitur vitam mīstæ oratio-
 ni & actioni vacare solum est, quod non tam vnam
 propter aliā, quam vtramque, propter alium finē, scilicet
 propter perfectissimam charitatis statū, assumat,
 non verò, quod contemplationi, & actioni, æquale
 temporis spatium impertiat. Nam pro necessitatū
 instantia, aut pro temporum qualitate, nunc plus tē-
 poris in externis actionibus, nunc verò in dulcedine
 cōtemplationis impenditur. Sicut enim, cum corpora
 nostra ad aera valetudine tenentur, plus temporis
 in adhibendis medicamentis, & querendis remediis
 malæ affectionis, insumimus, cum verò corpora be-
 ne valent, & nos molestiæ doloris aut imbecillitatis
 non tenet, occupationibus animi plures, & meliores
 horas diei, non sine iucunditate dedicamus. Ita cum
 Ecclesiæ mēbra statis temporibus peccatorum suorum
 vulnera sentiunt, & propriarum infirmitatum
 pōdera, per detestationem, & confessionē abiiciunt,
 maiora tēporis spatia in actione sunt collocanda. Nisi
 fortè quis ita robustus sit corpore, vt possit interdiu
 laborare, noctu autem contemplari. Huic enim, aut
 nullo, aut per modico somno satiato, in die mandauit
 Dominus misericordiam suam, & nocte captiuum
 esus. Et felix profectò ille, qui quāto magis vigilat,
 tantò magis viuūt, quod somno detrahit, amori tri-
 buit, & castis Domini cōcedit amplexibus. Sed, cum
 proximi occupationibus mundi distenti, non ita fre-
 quenter, non ita importunè nos querunt: cōtempla-
 tio, & oratio longiores horas, & prolixiores moras
 vsurpet. Personæ etiā uocationis aut muneris quali-
 tas consideranda est, ratione cuius quidam ad proli-
 xiorē actionem, quidam ad lōgiorem cōtemplationē
 vocatur. Quod Gregorius, illum Pauli locum
 interpretās, Contempribiles, qui sunt in Ecclesia il-
 los cōstituit ad iudicandam. Sapienter admonuit, his
 penè verbis. Qui ex re quid colligitur, nisi vt hi ter-
 renas causas examinet, qui exteriorum rerū sapiētia
 perceperūt? Qui autē spiritualibus donis ditati sunt,
 profectò terrenis non debent negotiis implicari, vt
 dum nō coguntur inferiora bona disponere, exerci-
 tati valeant bonis superioribus deseruire. Sed curan-
 dū magnopere est, vt hi qui donis spiritualibus emi-
 cant, nequaquam proximorum infirmatium negotia
 funditus deserant, sed hæc aliis quibus dignum est,
 tractanda committant.] Ecce quanta requiritur in
 hac vita discretio. Nam quidam ad maiorem labo-
 rem prouocandi sunt, ne dono orationis destituti, ad
 quam labore iuantur, otio & foecordia tabescant: alij
 ad minimam, aut modicam sunt actionem cogendi,
 ne a diuina familiaritate, ad quā sunt cōmissi, se sub-
 trahant. Licet autem obedientia, aut Prælati volun-

A tas (quod inculcare nō piget) sit præcipua huius dif-
 cretionis mensura; nec nō & ipsa proximorum ne-
 cessitas, quantum quieti, & cōtemplationi tribuē-
 dum sit, non obscure aliquādo manifeste, sed inter-
 dū homo maximè illuminatus à Domino, zelo ani-
 marum feruens, & diuini obsequij intētissimo desi-
 derio possessus, poterit ex se ipso cognoscere, quātū
 temporis actioni, quantum cōtemplationi vacare
 debeat, & dum non manifestè errat, suo erit iudicio
 relinquendus. Cuius rei locuples testis sit Bernardus,
 de anima perfecta ita scribēs. Ponitur sanè in volū-
 tate ipsius, & vacare sibi, & curæ illarū (scilicet alia-
 rum animarum) intēdere; prout oportere iudicauerit,
 cām vetatur excitari ab illo, quousque ipsa velit.
 B Nouit ipōsus, quanta flagret dilectione, etiam erga
 proximos, spōsa, & satis propria charitate sollicitari
 matrem de profectibus filiarum, nec se vllō pacto il-
 lis subtracturam, seu denegaturam, quantum, & quo-
 ties op^o fuerit, propterea que securè discretioni eius
 credendam censuit hanc dispensationem. Nō enim
 est talis, quales malos videm^o Prophetica inuisione
 notatos, qui, quod crassum est & forte, assumentes,
 quod debile est, proiciunt.] Non sunt verò multi,
 imò paucissimi, qui valeat sibi iudiciū huius discre-
 tionis assumere, illi nimirum qui fidelissimæ spon-
 sæ amore calent, zelo feruent, & longa experiētia no-
 runt se, non se ipsos, non internas mentis volupta-
 tes, non expletionem suorum desideriorum, sed so-
 lam Dei gloriam, & beneplacitum queritare.
 C Hoc verò certum sit, quicquid inter actionem &
 cōtemplationem in temporis partitione cōtingat,
 semper tamen cōtemplationis studium habiturum
 intentionis ac desiderij principatum. Cōtemplatio
 enim, quæ (vt suo loco dicemus) Dei amorē cōpre-
 hendit, est occupatio actione nobilior, atque prestā-
 tior. Ipsa est, quæ actionem perficit, in suum finem
 dirigit, eiq; vim atq; efficacitatem attribuit. Ipsa tan-
 dem, quæ propter se ipsā appetitur, cum tamen actio
 non tam propter se ipsam, quam propter instantem
 proximorum necessitatem appetatur. Qui si, aut do-
 ctrina, aut exhortatione, aut cōsolatione, aut sacra-
 mentorum administratione nō indigerent, satius es-
 set functiones istas omittere, & vni cōtemplationi
 & amori summæ veritatis inherere. hanc rem duo-
 rum filiorū Patriarchæ Ioseph egregiè præsignat hi-
 storia. Cū enim deos filios generasset, quorū ma-
 ior natus vocabatur Manasse; secundus Ephraim, &
 eos coram patre Iacob benedicēdos collocasset. Ille
 extendens manum dexteram posuit super caput E-
 phraim, minoris fratris: sinistram autem super caput
 Manasse, qui maior natus erat, commutans manus.
 Quisnam est iste Ioseph, qui domini sui uxorem tē-
 gere reculauit: qui è carcere eductus annulum regij
 accepit, & stolam byssinam induit, & collo torquem
 aureum circumposuit, qui tamquam fidelis dispen-
 sator, populis alimenta distribuit: nisi huius præstā-
 tissimæ vitæ cultor, qui & proximorum salutem, &
 æterni regis, à quo tātā accepit dignitatem, querit
 obsequium? iste namque est, qui sponfam creatoris
 sui, gloriam scilicet, & honorem, illi puram, illiba-
 tamque cōseruat, sciens scriptum esse: Gloriam meā
 alteri non dabo.] Iste stolam puritatis præcinctus,
 & torque charitatis ornatus, annulo potestatis sibi
 data liberationem peccatorum contritorum ob-
 gnat, vt in cælis rata & immobilis habeatur. Iste in
 proximos confert alimenta doctrinæ, ne aut fame
 pereant, aut saltem tentationibus, præ imbecillita-
 te succumbant. Qui autem sunt duo filij huius spi-
 ritualis patriarchæ, nisi vtilis actionis labor, & fer-
 quidā cōtemplationis studium? Illum Manasse æta-

Ber. ser. 52 in can.

Gen. 48. 14.

1. ais. 42. 18.



te maior, istud, Ephraim minor natu designat. Nam Manasses obliuionem significat, & bonorum operum labor operum reprimendus est. & vili quadam prudentia obliuiscendus, ne in profectū aliorū penit⁹ effusis, nostrā mētis feruor intepescat. Ephraim verò frugiferum, siue crescentem denotat, & studium contemplationis in dies recipiet perfectionis augmēta, vt sit, & nostri profectus, & fructus, quem in proximis exoptamus, initium Labor actionis maior est, quia communiter plus temporis sibi vendicat, & apud imperitum vulgus maioris momēti est, atque carnalibus oculis maiori pollet splendore. studium autem cōtemplationis eadem ratione est minus: quia pauciores horas occupat. & in opitione stultorum, non tantum habet pretij, atque laboris. Sed nos, qui humanam sapientiam contemimus, & manifestam stultitiam vulgatiū hominum detestamur, & sapientiam cælestem profitemur, si nolumus in magno errore versari, commutemus manus, & minori filio, hoc est, contemplationis studio manum dexteram, maiorem conatum, feruentiorem curam, & intentissimum desiderium: maiori verò filio, id est, labori actionis, manum sinistra, & minorem sollicitudinem admoueamus. Si autem aliquis reprehendat, & nostrum propositum molestē ferat, manūque nostras cōmutare curet, & maiorem sollicitudinem actioni, contemplationi verò minorē velit ascribere: protegamus nos verbis sancti Iacob, qui licet externis luminibus captus, inter nos tamen oculos clariore, & sapientiores acceperat. Scio (inquit) fili mi, scio, & iste quidem erit in populos, & multiplicabitur, sed frater eius minor, maior erit illo, & semen illius crescet in gentes. Dicamus, inquam, illi: quia & si cæci videamur, & stulti ab stultis reputemur; at à magistro, magistrorum edocti optimē nouimus, quid expediat. Nam pulpitem, aut cathedra, aut quoduis aliud ministerium proximorum, gratia est gratis data, in bonum, & augmentum aliorum attributa, cui satis sufficiens est manus sinistra; at mortificationis, orationis, humilitatis, & puritatis studium ad solidas, & perfectas virtutes pertinet, quibus gratiam, & Dei amicitiam comparamus, & ministerijs proximorum fructum, & efficaciam acquirimus, quare æquū est vt ei manus dextera tribuatur.

Quæ dicta sunt, vt eumque vitæ mistæ naturam, substantiamque declarant, quam ex dignitate eorū, qui ea profitentur, possumus facili negotio colligere. Isti enim sūt operarij messis Domini Sabaoth, de quibus dicitur, Messis quidē multa, operarij autem pauci, rogare ergo Dominū messis, vt mittat operarios in messem suam.] Sunt cultores spiritualis vineæ, quæ est Ecclesia, quorū aliqui primò mane; alij circa horam tertiam, alij circa sextam; alij circa nouam; alij circa vndecimā vocati sunt, id est, in omni tempore, & ætate delecti; vt Ecclesiam excolant, & vites, nimirum fidelium animas putent, & ad fructum ferendum parent. Sunt dominici gregis pastores, quos per Ieremiam promissit Dominus ouibus suis. Nam & suscitabo super eos pastores, & pascunt eos; non formidabunt vltrā, & non pauebunt, & nullus quæretur ex numero dicit Dominus.] Sūt eadem edificatores spiritualis Ierosolymæ, dicente Paulo: secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, vt sapiēs architectus fundamentum posui, alius autem (scilicet Doctor, aut Prædicator) superædificat.] Nam, vt subtiliter notauit Ambrosius, superædificia sunt, quæ post prædicationem Apostolorum à superuenientibus traduntur, aut malis, aut bonis Doctoribus. Ista autē munerca vniuersa, non minus opus habent quiete,

quàm labore, & industria. Operarius enim, qui semper quiesceret, esset inutilis, & qui sepe laboraret, & imprudēter operi insisteret, temerarius. Et fortassis idē maritus Iudith, mortuus est in tēpore messis, quia minus prudēter instabat super alligantes manipulos in cāpo, & venit æstus super caput eius, qui primū incolūnitatem sustulit, & deinde vita priuauit. Si verò cautē huic labori insitisset, vmbraque ab æstu protegētem præparasset, & copiosos fectū manipulos recondidisset, & nō esset acerba morte multatus. Similiter vineæ cultor, nō semper terram fodit, stercoia mittit, aut aquam per canales ducit, aut fentes extirpat, aut ipsas vites expurgat: sed aliquando cibum capit, & dormit, & fatigatis membris requiem & vacationem concedit. Et pastor, an semper inuigilat, & sine intermissione greges ouium circumeundo custodit? Non certē, sed non minus sibi ipsi quàm ouibus cōsulens, corpori suo, & escam, & somnū, & omnia alia necessaria ministrat. Denique ædificator, an omnibus horis ædificat, an nunquam cessat fundamenta iacere, parietes erigere, & tecta ædificiis superponere? Nequaquam, imò propria infirmitate admonitus, otium & quietē admittit, & vires fatigatas resumere curat. Ita ergo Prædicatores, & alij ministri Euāgelij, vt prudentes operarij, vt solertes agricolæ, vt pastores, & ædificatores, magis de sua quàm de aliena salute solliciti, non debent supra vites laborem aggredi, animabus docendis incumbere, & proximorum curis minus prudēter onerari, sed etiam ad suam vitam spiritualem cōseruandam necessariis temporibus, mentis quietem capessere. Quies autem mentis, oratio & cōtemplatio est, quæ cibo verbi Dei pascimur, & reaturarum obliuione soporatur, vites amissas reparamus, & nouos animos ad opē, & arborē concipimus. Oratio est, quæ cordis nostri dispersiones colligit, dispersa caperat, rubiginem ex mundanorum cōuersatione contractam abradit, & ad præsidium Ecclesiæ ferendum corroborat. Quam si hostibus cinctam aspiciamus, & murū eius penē dissipatū, & portas eius cupiditatis igne consumptas videmus: ad exemplum illorum, qui terrenam Ierosolymam instaurarunt, eam ædificemus. Illi enim, vna manu faciebāt opus, & altera tenebant gladium, ædificatū enim vnusquisque gladio erat accinctus renes.] Tūc sanē vna manu facimus opus, & alia manu gladiū tenemus, cum alternis vicibus salutem animarum, & contemplationi rerum diuinarum instamus. Nam proximorum conuersio cælestis Ierosolymæ est ædificatio, cuius structuræ politos, & viuos lapides superponimus, cum a proximis nostris vitiorum superflua præcidimus, & eos virtutum pulchritudine decoramus. Cōtemplatio verò rerum cælestium, & feruens oratio, est cautissimus gladius, cuius præsidio muniti, non solum immanissimos Ecclesiæ hostes terremus, & ab Ecclesia fugamus: verum in nobis quoque vitia, & prauas cupiditates cohibemus, & a cordibus nostris abscindimus. Quod venerabilis presbyter Beda fortassis insinuat, dum ait: Ædificatē gladio accingunt renes, cum hi, qui bonis insistere operibus, qui commissos sibi regulari curant ratione disponere (hoc est enim viuos lapides in ædificio sanctæ ciuitatis ordinē competentē locare) fluxa in se luxuria acumine vtrūq; Dei restringere satagunt.] Et meritō quidem: quoniam verbum istud meditarum ad luxuriam restrainādam & alios prauos affectus moderādos, presentissimum est remediū. Nostrum itaq; ministeriū vitæ à nobis gerēda nos admonet, quod sine vili actione & sancta cōtemplatione rectē præstare nō possumus. Nā actio sola à tepido corde, & distracto procedit, &

Indit. 8.
2.2. Esdræ.
47.Bodal. 8.
in Esdræ
c. 20.

ideo

Genes. 48
19.Matt. 9.
38.Mat. 20.
1. & c.Ierem. 23.
4.1. Cor. 3.
18.

Amb. 111.

ideo nō est proximis vsquequaque proficua, & contemplatio sola, si in eo sit, qui alios possit accendere, non est sine isto fructu omnino perfecta. Hæc autem duo coniuncta, ac copulata, non solum se mutuo iuuant, & nos in perfectissimo statu collocant, verum etiam à moribus obrectatorum eripiunt. Liam certè, & si fecundam, contemnunt, vt fœdam: & Rachele n. licet pulchram, asperrantur, vt sterile: at eam, quæ neque esset deformis, nec infœcunda; imò quæ simul esset pulcherrima, & fecundissima, fat scio nunquam contemnent. Tales verò sunt illæ animæ, quæ vtramque vitam actiuam & contemplatiuam in vna vita mista coniungunt. Actiuæ soli parvipenduntur, vt fœdi. hoc est, vt minus spirituales, & plusquam oportet in rebus externis distracti. Contemplatiui soli spemuntur, vt steriles, scilicet, vt parum Ecclesiæ utiles, vt minus animabus proficui. At mistum, & vtrique vitæ vacantem, nemo despiciet. Si virum spirituales queris legentem, orantem, meditantem, contemplationi addictum, mortificationis amatorem, cellæ, & silentij cultorem, talis est mistus. Si Euangelicum ministrum exquiris, qui vitia corripit, virtutes collaudet, peccatores admonet, fideles purget, illuminet, atque perficiat, talis est mixtus. Nulla ratione poteris illum, aut deformitatis, & distractionis arguere, aut ob sterilitatem (vt tu dicis) & otiositatem iocerepare.

Quis sit finis vitæ mistæ.

CAPVT XXXVII.

AM vitæ mistæ naturam substantiamque descripsi mus nunc consequens est, vt eius scopum & finem explicemus. Qui cum in se finis vitæ actiuæ & contemplatiuæ contineat, erit sanè duplo nobilior atque perfectior. Hic finis in hoc sanè positus est, vt operarius Ecclesiæ perfectam contemplationis gratiam & absolutum actionis donum assequatur; & neque contemplationis amore zelum animarum deserat, nec zelo iuuandi animas, in desiderio & ardore contemplationis interescat. Quem finem Magnus Doctor Gregorius, illum libri Regum locum interpretans, Saul morabatur in extrema parte Gaba,] manifestè trahit, ita scribens: Prædicatores autem sancti, sublimes valde sunt, non solum opere, sed etiam contemplatione. Extrema ergo pars ista sublimitas est operis, intima verò illa, contemplationis. Per hanc quidem extremam partem suæ celsitudinis ad exemplum à nobis conspiciuntur: per illam verò intimam iu magno amore conditori coniuncti sunt. Hos quidem nobis extrema parte sublimitatis suæ Propheta mirandos ostendit, quando ait: Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas] volant quippe, vt nubes: quia à grauedine culpæ sunt leues, & gratia Spiritus sancti in bono opere veloces. Qui isti columbæ verò sunt ad fenestras, quia ad exemplum per bona opera se nobis quasi per foramina porrigunt, sed de ostensa vitæ munditia laudis appetitu, nequaquam capiuntur.] Hæc sanctissimus hic pater, qui & subdit: Prædicatores in vmbra redemptionis requiescere, & in magnis fatigationibus suis, quibus animas lucrando affliguntur, verborum Domini meditatione recreari. Sed multò subtilius & eloquentius sanctus Iob hunc eundem finem patefecit: Si dormiero, dicam: quando confurgam?] Et rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus vsque ad tenebras.] Vox esse videtur Prædicatoris, aut alterius cuiusvis ministri animarum perfecti, qui iam ad finem vitæ mistæ peruenit. Hic dormit qui-

Adem, cum non tepida quadam rerum diuinarum meditatione, sed perfecta contemplatione perficitur. Ita tamè dormit, vt eum proximorum amor & peccatorum conuertendorū cura sollicitet. Vigilat quoque, cum animabus iniquitatis aegritudine pressis, tamquam bonus medicus strenuè, & vigilanter mederi laborat: ita tamen vigilat, vt in ipsa vigilia sanctæ orationis sopor, & contemplationis desiderium, eum ad requiem captandam prouocet. Hinc fit, vt in oratione positus, fructū eius in proximos deriuat. & cum bene sibi fuerit, memoriam ipsorum apud Deū faciat, eorūque liberationem efflagitet; & in actione retentus omnia profana amputet, secularia resciet, superflua rescindat; sola verò spiritualia & salutaria proximorum necessaria teneat, ne voto orandi & contemplandi frustreretur. Fit etiam, vt in ipsa bona actione, tam dulcis sit expectatio vesperæ, contemplationisque memoria, vt spirituales vitam in medijs occupationibus constitutum, ad conseruandam mentis quietem, & iugem Dei memoriam nō deserendam, excitet: & quia id iuxta desiderium suum præstare non valet, vsque ad diem mortis doloribus replet. Hi sunt (auctore magno Cassiano) dolores, & querimonie Pauli, cum gemēs, & lugens proclamabat. Non quod volo bonum, hoc ago; sed quod malo, illud facio. Ille enim, qui innumera bona præstabat, qui infidelitatis tenebras dispellebat, qui lumē veritatis vniuersis offerebat, qui in se ipso omnium virtutum decore fulgebat: manifestè testatur, se bonum non agere, quod cupiebat impensè, illud scilicet præstantissimum bonum, quo inter animarum lucra, & Ecclesiarum curas, à memoria Dei, nec ad momentū excideret, & celestibus mysterijs, ut si solus viueret, esset semper intentus. Non solum autè ob minimas animi distractiones tristabatur, ex tam iustis, ac necessariis causis exortas, verum etiam inter duo desideria anceps & suspensus fluctuabat, nesciens, an vitam hanc miseris referat, ob salutem proximorum eligeret, aut mortem corporalem, vt perpetua & incellabilis contemplationis initiū à Domino postularet.] Denique (vt verba Cassiani subiciam) cum se tantis, ac talibus ditari fructibus certeret; & contratio theoria bonum corde præferat, ut velut in vna lance tatorum laborum profectum, in altera delectationem diuinæ cōtemplationis apprehederet, diu examine pectoris sui quodammodo caligato, dum illum hinc laborum stipendia immensa lelectans, illinc desiderium vnitatis, & inseparabilis Christi societas, etiam ad resolutionem carnis inuiat, anxius tandem proclamatur, & dicit. Quid eligam gauro, coarctor autem è duobus, desiderij habens, insolui, & cū Christo esse, multò enim melius, permanere autem in carne magis necessarium propter vos.] Hic itaq; est scopus in quē vita mista dirigitur, omni & vigilia spiritualis, hoc est, contemplationis & actionis perfectionem assequi, & nec propter cōtemplationis voluptates durissimas, vtilis actiones relinquere, nec propter fructum actionem, contemplationem obliuisci, & in ipsa actione, prout fuerit, possibile, contemplationis quietem, aut saltem iugem, & indurptam creatoris memoriam affectare. Tante profectò sublimitatis, est finis iste, vt totam laudationem Ioānis Baptistæ à Salvatore nostro Iesu Christo prolatam contineat, dum eum lucernam ardentem, & splendentem appellat. Ille (inquit) erat lucerna ardens, & lucens.] Ardor (affirmante Gregorio) celestia desideria, & lumen verbū prædicationis designat, & vtrique cōtemplationis & actionis resolutionem quadam & perfectionem demonstrat. Ille enim in secreto orationis, celestib; desiderijs, &

ib. 8.

ib. 8.

ib. 8.

Cassia. 23.

Rom. 7. 15.

Cassia. 20. 23. 65.

Philip. 23.

107. 5. 34. Greg. hb. 11. m. Exerb.

igne verissimæ dilectionis ardet, qui non cõmune aliquid orandi donum, sed magnam, & consummatam contẽplandi gratiam accepit. Et ille in publico actionis lucet, qui bona, non vicunq; sed optimẽ præstare nouit; & imperfectionum scditate sp̃edore verbi non obscurat, & opera proximis vtilia prauis exemplis non inficit. Cũ ergo vocatur Ioannes lucerna ardens, & lucens, perfectus prædicator vocatur, qui finẽ vitæ prædicatoris fuit assequutus; qui prius contẽplando Deum, & se ipsum maceratione carnis affligendo, in deserto arsit; & postea ex amore Dei, & zelo animarum, cum magnõ spiritu prædicãdo in medijs populis caligine iniquitatũ percussos illuminauit. Arsit quidem ille, quia sanctissimẽ in omnibus se gessit, quia purissimẽ vixit, quia viam planẽ cælestem in terris instituit. Arsit ille, quia [vt præclare dictum est ab Hugone Victorino] tota eius vita nobis loquitur, tota nobis fermo est, tota nos à malo reuocat, & ad bonum exhortatur. Et post pauca: In Beato Ioanne, nobis emicat diuersarum virtutum multitudo, & eiusdẽ multitudinis pulchritudo, scilicet contẽptus saculi, amor Dei, abstinentia cibi, asperitas vestimenti, quies solitudinis, verbum prædicationis, virginitas corporis, humilitas cordis, rigor severitatis, cõfessio veritatis, virtus patientiæ, odor bonæ famæ.] Luxit autem Ioannes, quia sicut vera lucerna, non à se ipso, sed à Christo vocante, & ad prædicandum mittẽte (vt notarunt Cyrillus, & Ambrosius) lumẽ accepit. Quia nõ se ipsum per inanem iactantiã, sed per intentionis rectitudinem Christũ ostendit. Quia non vanitates, & historias ridiculas exposuit, sed saluatori aduenienti testimonium dedit. Quia peccatorum, & vitiorum tenebras verbo prædicationis dispulit, & lucem virtutis, ac sanctitatis, in hominum mentes inuexit. Luxit ille, quia primus penitentiã prædicans, viam felicitatis aperuit, & iter ostendit, ac promissionem obtulit mundo regni cælorum. Denique, veni ad Ioannẽ (inquit Petrus Damia.) & audi vocem exultationis, vocem nouitatis, vocem lætitiæ, misericordiæ verbum, sermonem gloriæ, gratiæ largitatem, quod celauerat, Deus tacuerat Angelus, latuerat Patriarchas, Prophetæ nescierat. Penitentiam agite, appropinquauit enim regnũ cælorum.] Verbum penitentiæ dulce, & gloriosum, verbum regni cælorum lætum & adoradũ, illi soli primo cõueniens, qui primus noui testamenti posuit fundamenta.] Quia ergo Ioannes arsit & luxit, idẽ vitæ ministrorum Euangelij finem est adeptus, & factus est à Domino Prædicatorum exemplar. Quem re vera necesse imitentur huius vitæ, quam modõ tractamus, finem assequuturi. Ardeant primum, & contemperationis adiumento in amore Conditoris suas voluntates accendant: zelum animarum penẽ extinctum viuificent, & vniuersarum virtutum habitus, quarum polchritudinem contemplan-do nouerunt, operum accessione multiplicent. Ita tamen ardeant, & suæ mentis perfectionem constituent, vt sub prætextu proprij profectus, animarum salutem non omittant: sed potiùs ex puritate vitæ verbo prædicationis efficaciam attribuant. Egregiẽ namq; dixit Gregorius: Esse speculatoris vita & alta debet semper, & circumspicere. Ne enim terrenarum rerum amore succumbat, alta sit; ne occulti hostis iaculis feriat, ex omni latere circumspicere. Neque enim speculatori sufficit, vt altè viuat, nisi & loquẽdo alsidue ad alta auditores suos pertrahat, eorũque mētes ad amorem cælestis patriæ loquendo succendat. Sed tunc hæc rectè agit, cum lingua eius ex vita arserit. Nam lucerna, quæ in

Hugo, ser. 73. de B. Ioan. 3. 2.

Cyri. lib. 3. in Ioan. nem. c. 4. Amb in psal. 118. ser. 14.

Petrus Dam. in quodã ser. in natali Ioan.

Matt. 3. 2.

Greg. lib. 11. in Ezech.

A semetipsa non ardet, eam rem, cui supponitur, non accendit. Sic Beatissimus ac sapientissimus doctor, prædicatorem depingit, vt intentissimum propriæ perfectionis desiderium, eam pussillanimum, timidumq; non reddat, sed potiùs fortem, diligentem, & quàm aptissimum ad animas aliorum lucrandas efficiat. Luçant deinde Ecclesiæ ministri, & publicis ac priuatis exhortationibus, atq; sacramentorum administratione, doctriinæ lucem, virtutis claritatẽ, gratiæ splendorem populis offerant. Sed ita luçant, vt distractionem metuant, tepiditatem odiãt, negligentiam fugiant, & lucem, qua alios illuminant, in propriæ perfectionis augmentũ dirigant. Ita luceat, vt lux ex feuiore, & ex perfecta charitate, non ex arrogãtia, aut ex inani gloria nascatur. Sunt enim (quæ admodum scripsit Bernardus) qui non ed lucent, quia feruent, sed magis feruent, vt luçant. At isti planẽ non feruent charitatis spiritu, sed studio vanitatis. Ita luçant, vt tamen ardoris potiorem rationem, quàm splendoris habeant, quia Christus Dominus noster ardorem istum ab omnibus exigit, dicens: Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendantur? Splendorem verõ ab illis exquirat, qui non vteumq; sed perfectissimõ modo fuit igne dilectionis accensit. Quare Petro, ter in dilectione examinato, ouium rationalium cura committitur: Et illi lux mundi vocatur, qui prius sal terræ vocati sunt, ita nimirum à putredine mandana sciunãti, vt possint alios exemplo salire, & à vitiorum putrefactione seruare. Qui ita ardent, & lucent, qui perfecti sunt in se, & ita in omni virtute eruditi, vt possint tamquam docti magistri, ex his, quæ in se ipsis didicerunt, alios ad mentis puritatem inltruere, certum est, quia vitæ mista fastigium sunt assequuti.

Sed ne tã dignissimi finis assequutione frustreris, ò religiose animarum minister, qui non solam aliorum salutem, & perfectionem, sed tuam quoque, & maiori conatu, atque intensiori ardore mentis exoptas, vnum aut alterum tibi remedium offero, quod assidua cogitatione voluens, & prout fuerit possibile actione præstans, ad magnam in vtraque huius vitæ portione, sublimitatem ascendes. Hoc apud te statue, quod imitaturus es Angelum custodem tuum (neque enim impossibile est, eam imitari, quem accepisti vitæ ducem, virtutis magistrum, & imbecillitatis defensorem) Angelus namque perfectissimẽ Deo ministrat, & diligentissimẽ tuam salutem curat, & ad omne bonum instantissimẽ prouocat. Ille enim, & omnes alij cælestes spiritus, sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. Sed simul suam tranquillitatem conseruat, & spirituales oculos in vniuersorum conditore intendit, & semper videt faciem patris, qui in cælis est: itaque neque administratio lucem obnubilat, quia Deus est sine vlla intermissione videndus: nec visio Dei administrationis curam laxat, qua pusilli erudiendi, & custodiendi sunt. Sic & tu ab isto indiuiduo comite, & mansuetissimo protectore, disciplinam perfectionis edisce. Proximos iuua, spiritualibus periculis eripe, viam cælestis patriæ demonstra, nec enim parum est tibi Angelorum ministerium obire, sed ita, vt mentis quietem non perdas, lumen internum, quoad fieri possit, non fufces, quo & in ipsa actione Deum, quasi absconditè & dissimulanter aspicias, & horis Racheli destinatis, sine vlla distentione valeas Deum mentis oculis contemplari, & brachijs dilectionis tenere. Similiter attẽde tibi magna sollicitudine, salutis tuæ mentis inuigila: esto silentij, cellæ, & contemperationis zelator, sed ita vt

Bern. in natal. Ioan.

Luce 12. 49.

Ioan. 21. 15. &c.

Matth. 14.

Hebra. 1. 14.

Matt. 18. 10.

opportuno tempore in publicum prodeas, ministris animarum vaces, & eas doctrina pane sustentas.

Si autem arduam videtur Angelos vita sequi, iam homines tibi imitandos propono. Intra te igitur ipsam decerne, quod futurus sis, sicut Antonius in foro, & sicut Paulus Apollolus in deserto. Considera rogo Magnum Antonium, non iam in vasta solitudine, sed in foro Alexandria subsistentem, & flagrantem amore martyrij? Quanta pietate martyres spectabat, quanta constantia ad necem sustinenda animabat, quanta exultatione eos ad sacrificium sui ipsorum euntes prosequeretur, quanta miseratione ipsorum necessitatibus seruebat? Hæc quidem præstabat ille, non osecitantes, non arroganter, non grauitate, sed strenue, humiliter, & læto animo faciebat. Ita tamen his misericordiae operibus erat intentus, vt solitudinis amor eum interpellaret, orationis desiderium vocaret, contemplationis ardor cupiditatem amicæ quietis accenderet. Quare Maximiani persecutione sopita, & pace Ecclesiæ reddita, turbas effugit, eremum repedauit, & pristina contemplationis studia resumpsit. Considera modò Paulum Apollolum in deserto aliquo constitutum, vel certè in Asia commorantem, cum prohibitas est ab Spiritu sancto loqui verbum Dei. Tunc sanè magnus ille prædicator, qui non prædicabat, nec verbum Dei disseminabat, nec bellum aduersus idololatriam gerebat, cui nam rei erat intentus? An inanibus colloquiis vacabat? an res inutiles, & parui momenti tractabat? an otiosam & infructuosam vitam agebat? Quis infans tale quid de sanctissimo Apollolo in animum suum inducet? Orabat ergo, res cælestes voluebat animo, diuinam naturam, eiusque immensas perfectiones contemplabatur, Deique misericordiam assiduis precibus, & oratione pulsabat, vt sibi os ad loquendum, & infidelibus mentes ad credendum aperiret. Sic his mentalibus exercitationibus insistebat, vt tamen ipsas in bonum animarum cõferret, & iterum ad bellum progredi, ad pugnam properare, ad animas conuertendas exire concupisceret. Ita, o religiose, sic vita, ista institutio tua. Inter homines sis Antonius, qui eos dum necesse fuerit consilio instruas, exhortatione suadeas, prædicatione moueas & aliis bonis operibus à tuâ vocatione non alienis, in iam arrepta virtute suffulcias; sed ita, vt semper orationis tempus in amore habeas; & ad cellam, & quietem remeare festines. In cella autem sis Paulus: qui tempus tibi concessum, legendo, meditando, orando, contemplando, non minori fructu, quàm iucunditate mentis expendas; sed ita, vt hæc te nõ immoderatè teneant, nec suis deliciis vinciat, nec pusillanimum, aut opera charitatis auersantem reddat; sed potiùs aptissimum ad ministeria animarum efficiant. Ita fiet, vt Antonius sæculares occupationes spiritualibus ministeriis admisceri solitas, constanter vitet, & Paulus amorem quietis temperet, ne animarum conuersionem impediatur. Sic in magnam suã vtilitatè illud Ecclesiasticum implebitur. Duo, & duo, & vnum contra vnum. Nam cõtemplationis amor, zelum animarum frenabit, ne in vana, aut minus necessaria, aut certè religiosæ vocationi nõ congrua se præcipitet; & animarum zelum amorem quietis coercet, ne vsque ad absconsionem talentorum procedat. Atque ista duo sic temperata, veluti vnum saluberimum potum efficiunt, qui nos recreet, & neque nimio frigore solius actionis refrigeret; neque immoderato calore solius contemplationis inebriet.

Sed adhuc tibi apparet difficile homines imitari, & tales homines, quorum quilibet multos Angelorum sanctitate superat, & alter perfectionem con-

templationis, alter actionis absolutionem monstrat. Aliquod igitur animal rationis expertem vitam instam agentibus in exemplum proponamus, cuius prudentiam homo rationis particeps non vereatur imitari. De aquila, hæc dicit Dominus, ad suam amicum Iob orationem habens. Numquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? In petris manet, & in præruptis lilicibus commoratur, atque inaccessis rupibus. Inde contemplatur escã, & de longè oculi eius prospiciunt. Pulli eius lambunt sanguinem, & vbicũq; cadauer fuerit, statim adest. Aquila, quemuis sanctæ Ecclesiæ operarium designat. Et meritò sanè; quoniam vniuersarum animarum regina existens, eius vitam exprimere debuit, quæ inter vitæ spiritualis partes (vt postea dicemus) præcipuum, & planè regium locum obtinet. Hæc ergo vita, aut huius vitæ amator, & cultor, cum inter homines, vtilitatis eorum causa conuertatur, non propria voluntate illectus, sed diuino iussu vocatus, statutis diei horis in cælestium rerum contemplationem effertur, in Sanctorum stabilitate commoratur, Angelorum proprietates mentis oculis lustrat, & diuinas perfectiones attentè considerat. Non tamen ita contemplationis iucunditate absorbetur, vt penitus inferiora contemnat. Quinimò inde contemplatur animarum escam, vt eam à manu dæmonis rapiat; & compassionis oculis eos prospicit, quos per abiectionem vitæ, longè à se positos esse cognoscit. Pulli eius, hoc est, filij eius spirituales, quos verbo prædicationis Christo genuit, lambunt sanguinem, dum saluatoris passionem meditari docentur, & eius purissimo cruore satiari: ipse verd, qui istos genuit, perfectiori cibo diuinitatis pastus, eiusdem diuinitatis amore, velut alter Tobias, qui exiliens de accubitu suo, relinquens prandium, ieiunus peruenit ad corpus. Delicias contemplationis deserit, mortuos Deo, & tabidos putredine peccatorum inquirat, & vbicunq; cadauer fuerit, statim adest. Omnis enim, qui in peccati mortem ceciderit (ait Gregorius subtiliter) non inconuenienter poterit cadauer vocari. Quasi exanimis namq; iacet, qui iustitiæ viuificanti spiritum non habet, sed certè huius sancti Doctoris verba; quæ hanc confirmant interpretationem, subiiciam. Quia sanctus quisque prædicator (inquit) vbi peccatores esse considerat, illuc anxie peruolet, vt in peccati morte iacentibus, lucem viuificationis ostendat. Benè de hac aquila dicitur, vbicumq; cadauer fuerit, statim adest, id est, illuc redit, vbi vtilitatem prædicationis prospicit, vt ex eo, quod iam spiritualiter viuat, alijs in mente sua iacentibus proficit, quos corripiendo, quasi edit, sed ab iniquitate ad innocentiam permutando in sua membra quasi edendo, conuertit. Esto itaque tu, o religiose sacerdos, tamquam aquila ista, qui ex altitudine contemplationis cadauera mediteris, & quam ratione proximis sis profuturus, à Domino, cuius aspectu delecteris, confidenter exquiras, & ex sollicitudine actionis cellam, & quietis locum contempleris illacque (re benè confecta) properare, & ad orationem, & diuina colloquia redire desideres, nec dabium, quin celeri passu in scopum huius præstatissimæ viuendi rationis aduenias.

Hunc finem vitæ mistæ assequuti sunt (vt nunc sanctos Apollolos, & Pontifices, & Ecclesiæ doctores omitam) sanctissimi patres nostri religionis fundatores, qui curâ suarum ouium agentes, & actionibus charitatis instantes, amore Dei ardebat, & perpetuè orationi, ac contemplationi se dabant. Hunc adeptus est Beatus pater Dominicus, prædicatorum fulgentissimus Patriarcha, qui in corpore degens, & iure

Atbanas. in vita eius.

Act. 16. 6.

Ecc. 33. 16.

Iob 39. 27. &c.

Tobia. 2. 2.

Greg. 31. mor. c. 22. Iob.

Theodor. lib. 4. c. 9.

Psal. 29.
6.
Bona uen.
c. 10.

Tur. sin.
lib. 3. c. 1.
5.

Isaia 59.
1.
Azor. 10.
34.

Peccatores uiuens, animo semper cum Deo, & Angelis loquebatur, & dies proximis imperties, noctibus feruentissima contemplationi vacabat, & inter fratres humanissimus existens, Deo instantissimis precibus adhaerebat, ita ut ad uesperum demoraretur ei fletus, & ad matutinum letitia. Huc adeptus est Beatus Pater Franciscus, non iam homo dicendus, sed seraphim caelo delapsus, qui tractus & detentus a turbis, compressus quoque, & multipliciter atrectatus, in extasim raptus, insensibilis videbatur ad omnia, & uelut corpus exanime, nihil penitus sentiebat, & a suis eam actionis mensura, quae non suffocaret Spiritum orationis, prudentissimè efflagitabat. Hunc assequitur est Beatus Pater noster IGNATIUS, nouissimo tempore datus in colunam Ecclesiae, qui fidem ab haereticis oppugnatam sustineret, & diuinam gloriam per uniuersum orbem propagaret. Nam immensis animarum saluandarum curis circumdatus, singulis horis intra seipsum se colligebat, & an aliquid minus esset compositum coram oculis iudicis cuncta cernentis, minutissimè examinabat. Singulis actionibus finem diuinae gloriae, actuali recordatione, & humillima oblatione praefigebat: singulis in rebus, quae sensibus obieciuntur, Deum assistentem, omniaque sustentantem, & uiuificantem cernebat, & singulis tandem momentis in eum iacula ardentissimi amoris euibrabat. Hunc etiam natus est Beatus Pater noster Franciscus XAVIERIUS, IGNATIAMANTISSIMUS discipulus, & magnus totius Orientis Apostolus, qui inter tot infidelium myriadas in ouile Christi pastoris adductas, non contentus sapissimè in mentis excessum raptus, & animum in Deo, quem tantopere sitiebat, habere defixum, statim tamen ac certum quotidie seponere tempus, quod ereptum negotiis contemplationi rerum caelestium, & praecipue ardentissimae meditationi uitae, mortisque Christi tribueret. Hunc obtinuerunt innumerabiles religiosi, omnium istorum filij, & Ecclesiae adiutores fidelissimi, qui nescio an maiori fructu sibi ipsis per contemplationem consequuerunt; an conuersioni infidelium & profectui peccatorum per actionem vacauerint. Huc tandem finem nunc ex parte obtinent (ut modestius loquar) multi sancti religiosi, quos ego bene noui, qui in cella sanctissimi eremite toti diuina contemplatione suspensi, & in populis feruentissimi Apostoli aduersus uitia, & peccata bellantes apparent, quorum uitam suspicio, ante quorum uirtutes erubescio, quorum puritas mihi est omnis perfectionis ac sanctitatis exemplum. Et fat scio, & ipsa experientia competio, quod non est abbreviata magnus Domini,] Et quia non est personarum acceptor Deus; sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam acceptus est illi,] Et quod hodie solet in filiis patrum dona collocare, & assatim charismata distribuere.

Quae sint officia uitae mistae.

CAPVT XXXVIII.



INEM istum, quem haecenus explicimus, subsidio propriarum actionum uitae mistae consequitur. Actiones autem istae ad duo genera referuntur, sicut duae sunt partes, ex quibus haec pars uitae spiritualis componitur. Alterum opera contemplationis; alterum opera actionis comprehendit. Et quidem si primum inspiciamus, omnia opera contemplationis uitae in sublimissima perfectione confi-

derata, uitae etiam mistae sunt opera, atque functiones. Idcirco huius uitae sectatores uniuersae uitae contemplationis operibus delectantur cum remoti a turbis, & uacui spiritualibus autimarum negotiis, in cella occulta secedunt: Paulus legit, nam se penulam à Timotheo, id est, sacrae legis uotum (ut Hieronymus interpretatur) libros quoque, & maxime membranas, exposcit. Lucas dicit, ne sine debita diligentia, eorum, quae scripsit, arcanorum caelestium annunciet ueritatem. Matthaeus, & alij nouae legis historici, mediatoris Dei & hominum gesta conscribunt. Corinthij psalmum habent, ut Deum canticis, & hymnodia collaudent. Petrus orat, & in extasim raptus, uocationem gentium intuetur. Atque adeo nullus est actus uitae contemplationis, quem non patres uoluntati praestiterint. Hi autem, non solum uitam mistam professi sunt, uerum etiam ipsi fuerunt huius uitae sanctissimi & illustrissimi praecipites. Imò tam illi quam omnes sancti pastores Ecclesiae, Apostolorum filij, atque discipuli, ea populis credenda, atque facienda, aut fugienda proponunt, quae contemplatione didicerunt, & oratione à Domino, ac precibus impetrarunt. Quibus illud psalmi optime congruit. Memoriam abundantiae suauitatis tuae, eructabit, & iustitia tua exultabunt.] Nam si ructus (ut ipsa naturalis scientia docet) ex repletione procedit, qui abundantiae suauitatis eructant, sine dubio caelesti dulcedine, ac suauitate repleti sunt. Et si odorem portat ructus (ut annotauit Bernardus) quandoque bonum, quandoque malum, pro ualoribus, ex quibus ascendit, contrariis qualitatibus; manifestum est quoniam illi optima uasa sunt, & caelestium intellectuum atque affectuum donis imbuta, qui tam sua uolentem fructuosa praedicationis odorem eructant. Ideo ex sententia Gregorij hanc uitam agentes, fulguri comparati sunt, quia nimirum prius exercitio perfectae contemplationis ignescunt, & postea magno charitatis impetu ad annunciandum proximis, quae sunt contemplati, descendunt. Sic autem cum impetu spiritus irruentes fetiunt, & comminunt corda, quae tangunt, quia non tantum delictant, sed mouent, & ad contritionem, & lacrymas, & iniquitatum detestationem impellunt. Et impletur illud, quod in quodam psalmo scriptum est: Lux orta est iusto, & relictis corde latitiae. Latamini iusti in Domino, & consitemini memoriae sanctitatis eius.] Prius resurgit lux, & sua pulchritudine intelligentiam afficiens, corda iustorum letitiae & exultatione dilatat: sic autem dilatata corda, ora ipsorum laxant, & ad Dei confessionem, & laudem aperiunt. Certo sit ergo, quod mixti omnes actus uitae contemplationis, tamquam sibi proprios, & maxime convenientes, exercent. Audiunt illi quidem, & legunt diuina misteria, ne imparati, aut minus instructi ad ea docenda, & enucleanda condescendant. Discunt, ut ordinem seruent, & prius sint discipuli, quam magistri; quia absurdum est quemquam uelle docere, quod numquam didicit, & quod non intelligit, explicare.

E Scribunt, uel ut sibi ipsis accepta conferunt, uel ut calamo proximis exhortentur. & quae sibi à Domino donata sunt, posteris tradant. Ecclesiae canticis de notè, & reuerenter intersunt, quibus se ipsos, ex humana conuersione tepentes calefaciant, & quasi dormituri exulescunt. Orant uoce, orat & mente, ut se totos, corpus nimirum, & animam Deo suauissimum holocaustum efficiant. Cogitant, ne in noxia cadant, meditantur, ut inueniant, & contemplantur ut se dilectissimo sponso coniungant, ac tandem uarijs & multis mouentur affectibus, ut se auctores moueant, & ad uirtutem anandam & amplectende.

Hier. Epi.
stela 125.
ad Dam.
mas q. 7.
2. Timot.
4. 13.
Luc. 1.
1. Corint.
14. 26.
Acto. 10.
10.

Psal. 144.
7.

Bern. ser.
67. in
cant.

Greg. bo.
5. in Eze-
chiel.

Psal. 09.
11.

dam ali

dā alliciant. Et breuiter, nullum est sanctæ contem-
plationis opus, quod ipsi ad suam, & animarum perfe-
ctionē captandā strenuē, atq; viriliter non assument.

Si autem de alio genere actionū instituamus
sermonem, non omnes actiones, quæ vitæ actiue tri-
buuntur, possunt etiam, vitæ mixtorum attribui. Pri-
mò enim illud certum ac constitutum habeatur,
actiones sæculares, & à religiosa institutione abhor-
rentes, huius vitæ non esse. Quis namque dicat, vi-
tam religiosissimam simul, & perfectissimam, ac
mundanis rebus maximè repugnantem, sæculares
curas admittere, & mundanis negotiis implicari?
Aut quis merito putet, vitam, quæ prophanis curis,
& sæculi actionibus, non solum fedatur, sed in-
famatur, eas actiones, tamquam proprias agnosce-
re, quæ eam sua fœditate commaculant, eique non
paruam ignominie notam inurunt? Errant ergo
cum ingenti malo suo, & sanctæ religionis dede-
core, qui putant se vitam militam tenere, cum vanis
alloquutionibus gaudent, cum sæcularium mu-
tuis visitationibus delectantur, cum negotia sæcula-
ria tractant, nuptias componunt, testamenta exe-
quuntur, lites procurant, palatia regum, & princi-
pum, non animo religiosorum, sed more aulicorum
adeunt, & respublicas sæculares magnatū beneuo-
lencia gubernant. His mundi implicamentis inhære-
re, ignominia est vitæ religiosæ, quam homines im-
purissimi, his negotiis addicti, verbis lacerat, fannis
irident, atque odio prosequuntur: quia aut vident,
aut suspicantur, se religiosorum industria ab eorum,
quæ cupiebant, assequutione præpediti: Cogitant
que religionis habitum non esse nisi superbiam, &
ambitionis prætextum, ad vanos honores ambiendos,
& principum voluntates, ac magnatum animos
explicandos. Est quoq; penè iremediabile ipsorum
religiosorum malum, qui his occupationibus pro-
phanis distenti, nec possunt animabus quarum medi-
ci sunt) congrua remedia adhibere, nec sibi ipsis,
per mentales exercitationes prospicere. Quare Bea-
tus Prosper Rhegiensis Episcopus, pastoribus Eccle-
siæ aliquem contemplationis haustum sitientibus,
illud cum magna attestatione suadet, vt actionibus
prophanis abstineant. Duo autem media (inquit)
duobus scilicet aliis extremis ab ipso inter actus cõ-
templatiuæ vitæ numeratis, vacationem videlicet ab
omnibus occupationibus mundi, & diuinarum stu-
dium literarum, etiam hic possunt habere potiffices:
sed illi, qui se ab omnibus implicamentis negotio-
rum sæcularium remouentes, non torpent otio, sed
insistunt perfectionis suæ negotio, & ab stulticia sæ-
cularis sapientiæ auerit, verbo Dei infatigabiliter
vacant, sapientes veraciter fiunt, cælestia sapiunt,
terrena despiciunt, cõtradicentes sanæ doctrinæ re-
darguunt, obediētes instituunt, sanctis virtutibus,
quibus in dies singulos fiunt Deo propinquiores, in-
cumbunt, & tam suis, quam omnium, qui per eos
erudiuntur, profectibus clari, hic quidem velut gu-
stam quendam contemplatiuæ vitæ, quo ad eam
frequentius progredientes, accipiunt, sed sibi iam in
æternum felices effecti, de eius protectione gau-
debunt. De pontificibus loquitur, & idem prorsus
de omnibus diceret, qui licet non pontificum digni-
tatem, laborem tamen & opus, videlicet salutē ani-
marum, adepti sunt. Qui nequaquam vitæ contem-
platiuæ suauitate fruuntur, nec vitorum spiritualiū
nomen iure sibi vendicabūt, si sæculi occupationes
quas vitæ religiosæ professione reliquerūt, iterū re-
perat, & in illis breue tempus suæ, & animarū perfe-
ctioni concessum, imprudenter stultèque cõsumant.

Non sunt ergo isti vitæ militæ professores, sed to-

Pros. lib.
I. de vitæ
contemp.
13.

A
tius vitæ spiritualis contemptores, qui ea, quæ spiri-
tus sunt, horrēt, & ea, quæ carnis sunt, magna auidi-
tate sectantur. Qui retetō sanctæ religionis habitu,
cogitationibus, desiderijs, curis, & operibus in sæ-
culum redeunt, & eius actibus distinctur. Qui præua-
ricatores effecti, ea, quæ in ingressu vitæ religiosæ
damnarunt, opere approbāt, & mundanam vibem,
quam Dei zelo succensū destruxerunt, à Diabolo de-
cepti reedificant. Timeant ergo, ne Domini maledi-
ctione mulctentur, quæ in edificatores vibis Ieri-
cho, est à magno duce Iosue, cū ingenti asseueratio-
ne prolata, Maledictus vir coram Domino (ait) qui
suscitauerit, & edificauerit ciuitatem Iericho. In pri-
mo genito suo fundamenta illius iaciat, & in nouis-
simo liberorum ponat portas eius.] Iericho (quod
nomen lunam significat) mundi est (vt ait Augusti-
nus) instabilis & inconstantis imago, quem saluator
noster Iesus Christus in religiosus euertit, cū eos ad
se vocauit, ad vitam religiosam adduxit, & à nego-
tijs, & curis sæcularibus liberauit. Verat autem cum
magna imprecatione, ne quis prophanis occupatio-
nibus insistendo, mundum à se euersum reedificet.
Maledicit illi, qui sæculum à se dirūtū, & solo æqua-
tum, iterum extuxit, & mortem primi & nouissimi
liberorum dignissimam huius delicti poenā annun-
ciat. Primus religiosi filius compunctio peccatorum
est, nouissimus verò & magis dilectus, amoris diuini
est, ac dilectionis affectus: hos Dominus commina-
tur amissurum esse illum religiosum, qui mundanas
occupationes admiserit, & iterum mundum harum
actionū præsidio edificauerit. Et nequis putet minas
istas non esse effectū habituras, audiat quid alio loco
dicat Scriptura In diebus eius (scilicet Achab) ædifi-
cavit: Hiel de Bethel, Iericho, in Abiram primitiuo
suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit
portas eius iuxta verbū Domini, quod locutus fue-
rat in manu Iosue.] Hiel, qui viuens Deo, vel faciens
Deo interpretatur, & Bethel, hoc est, domus Dei, ci-
uis & incola est; cuiuslibet erit typus, atq; figura, nisi
illius, qui verā domum Dei nimitū vitam religiosam
inhabitat, vt Deo viuat, & omnia in honorem ipsius
faciat. Et ipsis duo filij primus, atque nouissimus,
quid significabūt, nisi duo vitæ spiritualis dona, cõ-
punctio, & amor, quorū iste finis est; ille verò om-
niū spiritualiū bonorū initium? Hos duos filios sepe-
lit vitæ religiosæ sectator, sæcularibus actibus & cu-
ris mundanis inhereat, illum quidem amittit, cū
primū sæculi fundamenta iacit, & his negotijs, &
colloquijs inanis cordis sui claustra impiecerit a-
perit. Statim enim cõpunctio fugit, lacrymæ euane-
scunt, imperfectiones non displicēt, imò ea, quæ vi-
tam religiosam enervant, maximè placent: istum ve-
rò perdit, quādo mūdanos, & sæculares actus prose-
quitur, qui tempus omne cõsumūt, quo deberemus
cælestiū cõtēplatione gaudere, & affectibus amoris
vacare: isti igitur actiones istæ sæculares vitā spiritua-
le destruat, & omnia bona religionis cõsumunt. nō
possūt ad vitam militam pertinere, quæ suis actibus
nō ruit, sed potius vsque ad perfectionē perducitur.
Iam his operibus reiectis, tamquā irreligiosis, ac
penitus vitæ nostræ cõtrarijs, quæ sint opera externa
propria vitæ militæ diligētius inquiramus. Ita quidē
nō sunt, quæ ad nostræ mētis perfectionē, ac emēda-
tionē fuerūt instituta, vt peccatorū derestatio, vitio-
rum extinctio, passionum repressio, & virtutū mora-
liū, aut sollicita tractatio, aut sedula conquisitio. Nā
hæc (vt supra diximus) sunt vitæ actiua opera, & to-
tius vitæ spiritualis exordia, atque ad eā non possūt
ad vitam militam, ad finem scilicet, & perfectionem
totius spiritualis vitæ pertinere, nisi fortè, vt funda-

Iosue 6.
26.

Aug. ser.
106. de
tempore.

3. Reg 19.
34.

7. Ierem.

menta ad

Epz
125.
Da-
9. 7.
mot.
1.
vnt.
6.
10.

144

ser.
in

ho.
26.

9.

mēta ad domū, vt præparatio lignorum ad ignem, & vt sumptio medicaminū ad corporis salutē reparandā. Per istarū enim actionū studium, mens à noxiis purgatur vitorum humoribus fundamenta perfectæ charitatis iacit, & animus ad illum ignem præparatur, quo fidelīū animas calore diuini amoris, & desiderio æternæ salutis accendat. Quod studiū, licet perfectissimæ cōtēplationi cōiūctū, perfectionē quidē animæ tribuit, sed perfectū Ecclesiæ statū, scilicet statū Episcoporū, pastorū, atq; Doctorū, nō cōstituit. Quoniā, & si aliquis omnia peccata à se depulerit, vniuersa vitia restrinxerit, passiones cohibuerit, virtutes morales acceperit, & dono ingentis contemplationis claruerit, si tantū sibi vacat, & animarū salutem non curat, haud quaquam habet statū Ecclesiæ omnino perfectum. Hic autē eas actiones inuestigamus, quæ vitā huius status propriam, atq; germanam (quæ vita mista vocatur) efficiant. Non ergo debent Ecclesiæ pastores, & animarū Doctores in his proprii profectus actionibus se exercere; nec illis cura sit aut peccata timere, aut cōtra vitia & prauos affectus pugnare, aut virtutes morales expetere? Absit, imō si ista prætermittat, nullā, aut permodicā, ex ministeriis animarū vtilitatē consequentur. Quæ ministeria ita proximorum animas quærit, vt primo loco propriā animam cuiq; chariorem, & pretiosorem asseruent, sicut autem aliorū animæ, verbo predicationis, & sacramentorum administratione custodiuntur: ita propria, studio mortificationis, virtutū exercitatione, & diuinæ legis adimplerione, seruat. Hæc opera mētem nostram corroborant, vt inter laqueos, & occasiones peccādī, quas Diabolus non semel in ministeriis animarū obtendit, incedamus securi. Hæc æquanimittatem præstāt, qua molestias à pusillis, & incipientibus illatas sustineamus. Hæc à vëto inanis gloriæ & à turbine superbiæ nos protegūt, ne aut in rebus à nobis præclare gestis gloriemur, aut nostra virtute perspecta, comparatione peccatorum inflemur. Hæc ianuam diuinæ familiaritatis aperiunt, per quā ad gratiæ, & misericordiæ thronum ingressi, voci nostræ vocē virtutis, laboribus nostris fructum, & proximis auxilium ad peccatorum odium, & omniū virtutum amorem impetremus. Hæc fraternā charitatē excitant, ælimationem animarum ingerunt, spiritus feruorem augment, oculum intentionis purificant, & perseverantiam ad laborandum attribuunt. Hæc tādē sunt, quæ nos saluāt, & idoneos Euāgelij ministros efficiunt. Nullus enim cum sola prædicatione, sine sui abnegatione, & diuinæ legis custodia, in cælum ingreditur. Quare Dominus, quibusdā stultis prædicatoribus, qui in nomine eius prophetarunt, dæmonia expulerunt, & virtutes multas fecerūt, dicit: Quia nūquā noui vos; discedite à me, qui opera mini iniquitatē. Nec decet immundos, & impuros sancta tractare, & per quādā simulatā hypochostrum ea quæ nesciunt, ac si in omni virtute essēt instructi, compositis verbis edocere. Non igitur sunt ista ab Ecclesiæ ministris omittēda: imō summis conatibus amplectēda, nō quidem, vt opera vitæ mistæ propria, sed vt opera nostræ salutis, & perfectioni necessaria, sine quibus vita mista stare non potest. Et sicut scholasticæ theologiæ professor (vt simile ab scholis petamus) naturalē, & moralem philosophiā: quam in iuuentute didicit, magna sedulitate retinet, & excidere à memoria nō sinit, quia sine illis naturalibus scientiis ruent multa fundamēta sublimioris doctrinæ, id autē non præstat, quatenus Theologus est, sed quā sapiens, doctusque Philosophus, qui Theologo famulatur, & ea, aut parat, aut seruat, quæ dominæ omniū scientiarū necessaria noscūtur: ita vitæ mistæ

Matth. 7.
23.

A lectator, operibus actiue vitæ diligenter vacat, non quā mistus est, sed quā prudens actiuus, qui in actionibus vitæ actiue versatur, sine quarū præsidio, nec diuinā legē implebit, nec suæ mentis putitate custodiet, nec vitæ mistæ officia aptē strenueq; perficiet.

Opera ergo externa propria vitæ mistæ ea sunt, quæ ad salutem animarum curandam sunt instituta. Et quidē ista omnia iā supra retulimus, sed pro exigētia huius loci, iterum leuiter attingemus, summamque, nō tamen sine aliquo dignitatis ordine perstringemus. Primum opus est, eorum subditorū gubernatio, quos non ad aliquod bonū temporale, nec ad externam reipublicæ pacē conseruandam, sed ad veram virtutem, & ad omnem perfectionem, ac sanctitatē dirigimus. Et iure optimo inter opera externa vitæ mistæ, gubernatio animarum primam sedem occupat: siquidem, & ars artium à Beato Gregorio nuncupatur, & præcipua huius generis opera cōprehendit, & omnia tam maiora quā minora dirigit, & proprium munus est cellissimorum Ecclesiæ viro- rum nimirum Episcoporum, atque pastorum, à quibus, vt sine proprio discrimine, & cum aliorum fructu illud præstent, non quacumque charitas, sed perfecta Dei, & proximi dilectio requiritur.

Secundū opus est, sacre Scripturæ & in vniuersum omnis sacre scientiæ traditio: quā subtilissima persuasione sanctus Thomas Aquinas prædicationi, & aliis animarum ministeriis prætulit, quoniam ipsa ad alia ministeria, sicut architectus ad fibros, & lapidas, & alios minores artifices cōparatur, & quia non vt cūque docet, sed prædicatores, & pastores facit. Hanc vtilissimam functionem, sacre Scripturæ Doctores, nec nō & Theologiæ Scholasticæ, ac sacerorū canonum præceptores exercent, cuius laborem, si cum assidua oratione, & humilitatis amore condiderent, non parum in virtute proficerent.

Tertium locum obtinet prædicationis, ad extirpanda vitia, & inserendas virtutes, & animos promouendos instituta. Ad quā præcipuē Apostolus Paulus se vocatum esse à Domino gloriatur, dicens: Nō enim misit me Christus baptizare, sed euāgelizare. Hæc autem factio, nō solum peccatores ad virtutem cōuertit, cōuersos in officio cōtinet, & ad omnem promouet perfectionē, verū etiā hæreticos cōiunct, schismaticos Ecclesiæ copulat, & infideles in ouile Christi perducit. Quare optimē Clemēs Alexandrinus: eā scientiā Angelicam vocat, duobus modis proximos adiuuante, siue per manū: siue per linguam operetur.

Quartum opus sit, omnium administratio sacramentorū, cuius ope sacri Pōtiffes fidelium animos in suscepta fide stabiliunt, & ad eam publicē tuendā, consistendāque corroborant, nec nō & ministros Ecclesiæ per sacra ordinationem, & manuum impositionem constituunt. Cuius etiam auxilio presbyteri paruulos spiritualiter mundat, adultos à peccatis expiant, expiatos supersubstantiali pane sustentant: aptos ad prolem copulant; & moribundos ad pōgnam cū humani generis hoste inuendam inungūt, & ad iter in caelestem patriā peragendum cōfirmant. Hanc autem administrationem, idē prædicationi postponimus, quia licet sacratissima sit, non tamen omni populo simul in cōmuni proponitur (quī modus proficiendi diuinissimus est) sed vniūque personæ fidelium singulatim confertur.

Quintū est, adolescentiū eruditio, quia eos, tum virtute, tum literis ad sacram scientiā capessendā necessariis imbuimus. Opus apprime vile Ecclesiæ, summe necessariū, & ad cuiusque rei publicæ salutem remedium præstantissimum. Nam ex pueris, & adolescentibus, benē studioseq; institutis, optimi ciues, pru-

Greg. 1. p.
past. c. 1.

D. Thom.
quodlib.
1. q. 7. art.
1. 4.

1. Cor. 1.
17.

Cl. Al.
1. Strom.
in principi.
pio.

dentissi

dentissimiq; magistratus prodibunt, qui & alios sapienter gubernent, ac florentissimam rempublicam constituent. Quod opus, vt religiosis dignissimum, Beatus Basilius primò; deinde Beatus Benedictus in suis cæribus sanctissimis admiserunt; & postea Dominiana familia: ac tandem nostra societas amplexa sit.

Basili. in reg. breui. ad in. terq. 2. 92. Gregor. 2. dial.

1. Corint. 14. 19.

Matth. 19. 14. 1. Thessa. 2. 7. Prou. 9. 4. etc.

Gerfon. 2. p. tract. de parul. trab. ad Christi. consider. 4.

Ioan. 6. 27.

Eccles. 7. 38. & 39.

Rom. 1. 5. 1.

Huic operi succedat necesse est doctrinæ Christianæ propositio, qua pueros fidei rudimeta edocemus, & in mysteriis fidei, quæ ante aduentum Christi tenibus erant ignota, pene lactentes, & necdum se ipsos scientes, erudimus. Hæc sunt illa quinq; verba, quæ Paulus magis vult in Ecclesia sensu suo loqui, vt alios instruat, quã decem millia verborum in lingua. Quinq; enim verba sunt fidei Christianæ rudimenta, quoniam intellectum instruant, voluntatem afficiunt, appetitum cohibent, & corpus, & animam paruulorum suo creatori subiiciunt: & decem millibus verborum præferuntur, quia non decem millia tantum verba, id est, aliquã particularem doctrinam, sed omnia gratiæ & gloriæ mysteria comprehendunt. Huic operi vacantes, exiguo quidem coram hominibus, sed vere magno in conspectu Dei, eum imitamur, qui dixit: Sinite paruulos venire ad me. Et sequentes Paulum, efficiamur paruuli in medio fidelium, quasi si nutritrix foueat filios suos. Sapientiaq; ipsius opus amplectimur, ita clamatis. Si quis est paruulus veniat ad me, & iniipientibus locuta est. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscuimus vobis. Relinquitte infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ. Cuius laboris, tum magnitudinem, tum utilitatem, tum meritum (vt nunc alios omittam) ex eo libello Ioannis Gerfonis de paruulis trahendis ad Christum, & ex eius clarissimi & grauissimi doctoris exemplo, quisque cognoscat.

Accedit deinde proximorum particularis instructio. Nam & vitam mittam agentes solent doctorum sententiam in mediis productis metes timoratas sedare, scripulos conscientiam eximere, & in rebus agendis instruere, solent etiã ad altiora progressi eos, qui ad id muneri idonei sunt, a multitudine curarum separatos, & in locum a turbis remotum eductos, exercitationibus spiritualibus informare, & in ratione otandi meditandiq; instituere. His, nõ iam paruulorum lac, sed adulatorum solidus panis offertur, qui se comedentes, robustiores efficit, & ad maiorem virtutis perfectionem extollit. Cuius panis distributio tanti momenti est, vt nõ vitã peritura conseruet, sed vitam perpetuã mansurã efficiat. De quo etiã illud intelligi potest: Operamini, nõ cibũ, qui perit, sed qui permanet in vitã æternã. Nam & hic panis, nos ad illũ panem superflubstantialem accipiendum disponit, & mentis puritatem ad frequẽtem eius usum attribuit.

Huic actioni proxima est afflictorum consolatio, quæ, sicut multæ sunt vitæ mortalis miseria: ita multas occasiones bene operandi suppeditat. Ad eam namq; pertinet victos, & custodia detentos consolari, ægrotos tum diuites in propriis domibus, tum pauperes in xenodochiis, visitare; discordes, & dissidentes componere, odia pullulantia restringere; moribundos roborare: & breuiter, omnibus miseris, & calamitosis opem afferre. Quibus operibus illud Ecclesiasticum implebitur: Non desis plorantibus in consolatione; & cum lugentibus ambula. Non te pigeat visitare infirmos; ex iis enim in dilectione firmaberis. Et rursum illud Pauli. Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & nõ nobis placere. Hæc autem implentes, præmium misericordiarum, scilicet largam a Domino misericordiam, & donorum abundantiam consequemur.

Postremo tandem loco colloquia sancta proponi-

A mus, quæ, aut de sceditate vitiorum, aut de virtutis pulchritudine, aut de sacramentorum frequentia, aut de alia quauis materia animæ audientis vtili cum alijs religiosis, aut cum secularibus instituuntur. Quorum tanta solet esse, tum utilitas, tum ad persuadendum efficacia, vt & audientes a cæno peccatorum extrahant, & ad bonam vitam traducant, atque ipsum loquentem interdum doceant, & in desiderio maioris perfectionis accendant. Sunt enim verba Dei velut doctrinã sapientissimo præceptore, per os cuiusdam discipuli omnibus in communi proposita, qua non tantum audientes discunt, verum etiam ipse discipulus ex scripto dictas, & loquens, instruitur. Ita Deus per aliquem loquens, & reliquos, qui audiunt, & ipsum etiam loquentem ad sanctitatem permouet.

B Hæc autem colloquia, vt fructuosa sint, tribus conditionibus debent ornari. Altera, vt tantum sine proficiendi alijs, & lucrandi eorum animas admittatur. Quod Ecclesiasticus disertis verbis, in hunc modum admonuit. Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, vt scilicet illum ad sanctitatem pertrahas. Et cum iniusto de iustitia, vt eum iustitiã doceas. Et cum muliere de ea, quæ emulatur, vt audies te virtutes eius prædicantem, illam non odias. Cum timido, de bello, vt animetur, & pericula imminencia non timeat. Cum negotiatore, de traiectione, vt bonas merces, & viles emptoribus asportet. Cum emptore, de vitione, vt ne pretium præter æquitatem adaugeat. Cum viro liuido, de gratis agendis, vt ne de bonis aliorum tristetur. Cum impio, de pietate; & cum inhonesto, de honestate, vt ista vitia fugiant, & contrarias virtutes amplectantur. Cum operario agrario, de omni opere, vt ne ab herò ad aliud opus dimissus impatiens sit, & impositum onus superbe detrectet. Cum operario annuali, de consummatione anni, in quo cum mercede sit accepturus, & quũ est, vt diligenter laborer. Cum seruo pigro, de multa operatione, vt segnitiam & negligentiam abiciat. Hi ergo ad colloquia admittendi sunt, quò ipsos emendemus, & ad virtutes alliciamus, non verò, vt ipsorum praua consilia sequamur.

C Altera est, vt materia cõuersationis nostræ proposito fini congruat, quod habebit, si bona sit & statui proximorum cõueniens, & a nostra professione non abhorrens. Vnde Hugo Victorinus merito ait: Quid a nobis dicendum sit, hæc generali distinctione discerni, vt videlicet nõquã in sermonibus disciplinatis otiosa adhibeatur. Explicans autem, quæ sunt ista otiosa a sermonibus nostris remouenda, subiungit: Otiosa autem sunt omnia, quæ sunt, aut nociua, aut inhonesta, aut inutilia. Inutilia sunt, quæ nec loquentibus, nec audientibus profut. Inhonestasunt, quæ vel illius qui loquitur, vel illius, cui loquitur, vel illi, de quo loquitur, dignitati nõ cõueniunt. Nociuasunt, quæ suis frasionibus animas auditorum, siue ad errorem, siue ad prauitatem inducunt. Tunc ergo colloquiis nostris alios ad bonum inui abimus, cum proficua audientibus, congrua statui virore spirituali, & virtutem, ac veritatem declarantia, loquemur. Tertia est, vt cõuersatio cum alijs, quã, nõ moderatissima sit atque breuissima. Tum ne alia ministeria maioris utilitatis impediatur, tum ne tempora orationi & lectioni destinata surripiatur; tum ne in otiosa (quod facillimũ est) & inutilia, ac secularia distrahatur denique, vt nostræ circumspeditionis exemplo, aliorum nimitate cohibeamus, qui putant se vtiliter tempus impedere omnibus diei horis, cum proximis cõuersando, & de rebus, aut bonis, aut non malis colloquendo. Certũ est autem eos errare, qui cum possint vtilioribus ministeriis intendere, hoc infimo, & multis periculis distractionis exposito ministerio delectantur, & cum aliorum etiam offensione,

Exec. 37. 12.

Hugo. in instr. nouit. ca. 4.

g. 1. p. c. 1.

Thom. dial. 7. an.

or. 1.

Al. om. inci.

in eo, plusquā oportet, distinentur. Hæc opera externa, quæ diximus, magnæ orationi coniuncta, & purissimè contemplationi, & aliis internis exercitiis copulata, vitam Apostolicam efficiunt, & veste in animæ non minus pulchram quàm pretiosam cõtexūt.

Ad quos pertineat vita mista.

CAPVT XXXIX.



ITA ista, cuius hactenus decorem ostendimus, cuius necessitatē, naturā, finē, actusq; descripsimus, eorum est sine dubio, qui in cœnobiiis ad prælationē cœcti subditos religiosos sibi commissos gubernant; & eorum, qui aut iustitiæ, aut charitatis lege deuincti salutem animarū curāt; & legem diuinā docendo, prædicando, peccata expiando, & alia ministeria supra commemorata exercendo, denūciant. Quod & ex dictis manifestè colligitur, & ex istorum munere potest breuiter, ac manifestè deduci. Nam officium prælati, est officium mediatoris, qui ea, quæ Dei sunt, & ea quæ ad homines pertinet, inter Deum, & homines statuat, & quid ab vtraque parte (vt ita dicam) præstandum sit, fideliter, amicebilitèr; cõdonat. Hoc nomē vsurpauit Moses princeps populi electus, cū ad genus Israël sibi subiectū, in hūc modum loquutus est. Ego sequester, & medius fui inter Deū, & vos in tēpore illo, vt annunciare vobis verba eius.] Mediator autē cum his tractet, necesse est, quorū partes agit, quorum negotia disponit, quorum animos ad pacem & concordia reducit. Quamobrē prælati ministeriū, illud habet propriū, vt quæ subditorū sunt, apud Deū faciat, quod oratione, & cõtemplatione periclitur; & quæ Dei sunt, apud homines agat, quod sollicitudine, & actione cõpletur. Vnde ex his duobus, actione, & cõtemplatione, tota eius vita debet esse cõposita. Huius doctrinæ sanè verissimæ Bonauentura sit egregius asseritor, ita scribēs. Est enim Prælati mediator inter Deū, & subditos, & sicut negotiū Dei gerit apud illos docendo, corrigēdo, sursum agendo; ita etiā negotia eorū studeat apud Deum fideliter promouere, placando gratiam impetrandō; & conseruando à malo.] Vita ergo prælati siue pastoris ex actione, & cõtemplatione cõstat. Quare Dominus, cū primū Iosue, in locum Moyū, principē & ducē suæ plebi præfecit, istorum duorū ei curā iniūxit. Actionē quidē, dū ait: Cõfortare, & esto robustus, tu enim sorte diuides populo huic terrā, pro qua iuravi patribus tuis, vt traderē eā illis.] Cõtemplationem verò, cū post pauca subiūgit: Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, sed meditareris in eo diebus, ac noctibus, vt custodias, & facias omnia, quæ scripta sunt in eo.] Nec non, & huius sanctæ vicissitudinis fructū exponit, adficiens: Tunc diriges viā tuā, & intelliges eam.] Ecce optimè delineatā solliciti vitæ pastoris: Nā hunc fortissimū principē prælatorū fuisse typum, Rufinus manifestè testatur. Aulse Naue filius (inquit) cū electus esset dux populi, cõmutato nomine Aulse, Iesus cognominatus est, quod ostēderetur hoc esse nomē, quod principibus, & ducibus conueniret, qui salutē sequētib; se populis darent. Sit itaque prælati, tā perfectionis ouium sollicitus, vt corrigēdo, & docendo, & alia necessaria obeundo, inter illos terræ viuientium distribuatur, & in sortē electis promissā, lætos & victoriam canentes, introducat: Sit etiā tam suæ, & aliorum salutis audius, vt legis diuinæ assiduam meditationē nō deserat, quæ, & seipsum pascat, & paruulis sibi subiectis viā terræ aut cœli promissī demonstrat. Tunc omnia prudētèr agat, & vitam suam ex actione meditationēque contextam, sapienter influit. Manus verò ministri animarū est profectō munus

Angeli, siue nūtij, qui Dei internis aurib; verba percipit, & audita ad homines perfert. Hoc nomine Malachias virū, ad hoc præfatiūm officii euectū nobilitat. Labia enim sacerdotis custodiēt scientiam, & legē requirēt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.] Quo loco Hieronymus, Angelus, id est, nuncius, sacerdos Dei verissimè dicitur, quia Dei, & hominū sequester est. eiusq; ad populū nūciat voluntatē, & idcirco in sacerdotis pectore rationale est, & in rationali doctrina, & veritas ponitur, vt discamus, sacerdotē doctū esse debere, & præconē Dominicæ veritatis.] Angeli autē, siue nūcij, hoc est ministeriū, vt ad dominū suū mittēdus accedat, ab eo, quæ nūciatūrus sit, audiatur: quibus rationibus eis, ad quos mittitur, sit persuasurus, addiscat, quæ præmia obedientib; promittet, & quas pœnas nō obedientibus denūciabit, intelligat. Quæ omnia Euāgelij minister, orādo, meditādo, gemēdo, & lacrymas profūdendo cognoscet. Nā si mittentis Domini voluntatem assidua meditatione non audiat, & diuinā mysteria, quæ est ore explicaturus, oculis mētis non videat, illa Ezechielis sentētia ridebitur, Vt Prophetis insipientibus, qui sequūtur spiritū suū, & nihil vident] Et rursus. Vident vana, & diuinant mendaciū, dicentes, ait Dominus, cū Dominus nō miserit eos.] An nō spiritū suū sequitur, qui à libris vanis, atq; prophanis, quæ fidei populo dicturus est, petit, & sacra volumina, ac cõmentationes sanctorū patrum omni veneratione dignissimas prætermittit? An nō cœcus est, qui nūqua iustitiæ solem illuminādus inquiri, sed tenebris rerum mūdānarum obuoluitur? An non vanitatem & mendaciū videt, qui vera loquēs, falsa diligit, & inania, atque inutilia sectatur? Sed talis est Domini nūcius ad eum iugiter per orationē nō veniēs, & vera à falsis, vtilia ab inutilib; assidua meditatione nō discernēs. Sicut autē ad Angelū istū pertinet annunciāda à Domino aure cordis percipere; ita ad eundē spectat audita & intellecta nunciare. Quare speculatori domus Israël audiētī verbū de ore Domini, dicit ipsemet Dominus, qui illū edocuit. Si dicēte me ad impiū, morte morieris, nō annūciaueris ei, neq; locutus fueris, vt auertatur à via sua impiā, & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sūguinē autē eius de manu tua requirā.] Annūciare autē populis, quæ Dominus dicēda, & prædicāda præcipit, nō cõtemplationis actibus, sed actionis functionibus annumeratur, atq; aded tota ista cœlestis hominis, aut terrestris Angeli vita, ex cõtemplatione & actione apparet cõposita. Qui ergo sæculo mortu; Deo verò per institutū religiosum viuēs, tantā iā est virtutē adeptus, vt possit, nō sibi tantū, sed etiā proximorū salutē prodesse, velut alter Abraham pater multarum gentium effectus in spelunca duplici coniungem suam, hoc est, animam suam, non cum marore, sed cum gaudio sepeliat. Spelunca duplex (auctore Gregorio) vita actiua, simul, & contemplatiua est, quarum illa nos prauis operibus mortuos tegit, ista verò defunctos curis & sollicitudinib; sepelit. Hoc igitur sepulchū gloriosum sibi eligit, qui salutē proximorū cõsulens, tāquam prudēs operarius, propriā salutē nō spernit. Vnde idē Beatissimus Pater Gregorius ait: Perfectus quisq; prædicator, extrinsecā à præsentis vitæ desideriis animā suā, sub bonæ operationis regimine, & cõtemplationis abscondit, vt à carnali cõcupiscētia, sub actiua cõtemplatiuaq; vita, quasi insensibilis lateat, quæ prius mūdi desideria scētis, mortaliter viuēbat.] Duplicē profectō speluncā in qua vxor Abraham sepulta est, mysticè declarat, quā qualibet anima prædicatoris, filios Deo paries, cū ingenti exultatione frequētat. In ea namq; Christi Saluatoris vitā imitatur, de quo

Deuter. 5. 5.

Bonauent. tract. de sex aliis seraph. c. 8.

Iosus. 1. 6.

Ibidem. 8.

Rufinus exposit. in symbolum.

Malach. 2. 7.

Hier. libr. 2. in Malach. ad c. 2. Exod. 28. 30.

Ezech. 13. 3. Ibidem 6.

Ezech. 3. 18.

Gregor. 6. mor. c. 17.

Greg. ibidem.

Ibidem.

ibidem

ibidem subditur. Hinc est, quod humani generis Redemptor, per diem miracula in vrbibus exhibet, & ad orationis studium in nocte pernoctat, vt perfectis videlicet Prædicatoribus innuat, quatenus, nec actiua vitâ amore speculationis funditus deserant, nec cõttemplationis gaudia penitus operationis nimietate contemnant, sed quieti cõtemplantes sorbeant, quod occupati erga proximos loquentes refundant. Quis autem non exultet, Christi primâ Pastoris ac summi, Prædicatoris vitam sequens, & Dei sui viuendi rationem, quâ in terris egit, exercens. Itaq; certum est, tã religionû Prælatos quàm religiofos ipsos, animarû ministros vitâ ex cõtëplatione, actioneq; cõpositâ, elegisse, quâ debet, nõ solum status nomine, & obligatione præferre, sed opere etiã & labore præstare.

Quales autem, tam Prælatos, quàm Euangelij administratores religio concupiscat, quales etiã sancta Ecclesia desideret, haud quaquã possumus breui sermone cõtprehendere. Sunt enim quàm plurima, tum Prælati, tũ operariis necessaria suorum ministeriorũ documenta, quæ valde incõmodum esset, imò & valde difficile vnus capituli angustia cõcludere. Quare tã hos quàm illos postremũ huius operis volumen in vltima sui parte, dapiibus nõ infulsis, excipiet. Interim tamen vnũ vtriusq; documẽtum proponimus, quod opere custoditũ admodũ illis proderit, vt vberes fructus ex proximis colligant, & se ipsos ad magnã perfectionem extollat. Illud autẽ est huiusmodi. Ita dies inter actionẽ, & cõtëplationem diuidant, ita etiam ipsam actionẽ, cõtëplationẽque, disponat, vt actio cõtëplationem iuuet, & cõtëplatio actionẽ ipsã perficiat. Hoc nõ esse impossibile, imò facillimũ, tum quotidianũ experimentũ ostendit, eorum, qui & oratione ad laborandũ incitatur, & laboribus ad orandũ feruentiores inueniuntur, tũ similia ex ipsa natura perita, & nulli nõ obuia apertẽ demonstrat. Anima enim, & corpus, ita sũt cõtëperata, vt anima corp⁹ vegetet, moueat, augeat, sanũ, incolume, robustũ, & pulchrũ reddat, & corpus opẽ fert animã, vt setiat, appetat, & multas sibi operationes iocũdas eliciat. Labor quietẽ perficit, ne nimis protecta molesta sit, & salute à moderata exercitatione pendente eneruet, & minuat, quies verò laborẽ roborat, ne immoderatas existẽs, vires naturales cõficiat, & nullo otio interruptus lassitudini atq; languori succumbat. Alimentorũ admisiõ ieiuniũ sustinet, & ipsum per multũ tẽporis spaciũ, imò per totã vitã integrũ indistruptumq; conseruat, & ieiuniũ cibi sũptionẽ salubrẽ reddit. Sic ergo actũ cõtëplationis animã quietẽ & cibũ suauissimũ cogita, & curã actionis corpus, laborẽ & inediã existima: & fac vt anima ista cõtëplationis suũ corpus viuificet, quies ista laborẽ cõfirmet. cibis iste abstinentiam sustineat, atq; e cõtrario corpus actionis animam sanctã orationis foueat, labor operis quietem in seruore cõseruet, & inedia sollicitudinis cibũ mētis, magis desideratũ dulciorem, & suauiorẽ efficiat.

Hac de causa Dominus in sacrificio vaccæ rufæ cedrũ, hyssopũ, & coccus bis tinctũ offerri, & cõburi præcepit, vt hoc mutuũ adiumentũ, quod sibi præstat actio, & cõtëplatio, figuratũ videamus. Etenim vacca rufa, carnẽ nostrã significat, illecebris, & peccatis extinctã, ac Domino per vitã religiosam consecratã, cuius oblationi cedẽ adiũgitur, arbor alta, atq; procera, cum perseverantiã in virtute tenemus, hyssopus herbula modica adicitur, cum humilitatẽ, & nostræ fragilitatis diffidentiam amplectimur, & coccus bis tinctus immittitur, cum in nostræ charitatis affectibus, cõtëplationis ardorem, & actionis seruorẽ nõ deserimus, sed ita hac duo attemperamus, vt cõtëplatio actionem dirigat, & actio velut aqua fornaci

A a sperfa cõtëplationẽ accedat. Sic ferẽ Gregorius detexit huius sacrae historię mysteriũ, cuius hæc est oratio. Sed bis tinctus coccus offerri præcipitur, vt videlicet ante interni iudicis oculos, charitas nostra, Dei & proximi dilectione coloretur, quatenus conuersa mēs, nec sic pro amore Dei quietem diligit, vt curã proximi, vtilitatẽque postponat, nec sic pro amore proximi occupationi inseruiat, vt quietẽ fuditus deserens, ignẽ in se superni amoris extinguat. Quisquis ergo semetipsũ Deo iã sacrificiũ obrulit, si perfecta desiderat, curet necesse est, vt nõ solum ad operationis se latitudinẽ, verũ etiam ad culmina cõtëplationis extendat. Optimẽ quidem. Tãta est namq; huius duplicis occupationis vtilitas, vt neq; pro vnus dulcedine sit alterius fructus seponendus, nec pro istius fructũ, sit illius suauitas deserenda; quin potiũs talis modus in vtraq; quarendus, vt cõtëplatio nos ad actionẽ excitet, & actio ad cõtëplationem inflamet. Nobis ergo, qui curã proximorũ instigare charitate suscepimus, maximẽ illud Saluatoris dictũ existimo. Attendite vobis, ne fortẽ grauetur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ. Nã quãtũuis cibis corporalibus abstineamus, crapulã tamẽ & ebrietatis onere premimur, si aut amore doctrinæ, aut cõtëplationis suauitate capti, fratrum salutẽ obliuiscimur, & eorũ liberationem, & cõuersionẽ spernimus. Cuius spiritualis ebrietatis, & crapulæ, statõ est malitia nocetior, quãtõ & oculis imperfectorũ occultior, & potiorib⁹ mēbris iniquior, si enim cibi, ac potus mensuram non serues, corpus tuũ laxasti, & eius mēbra noxiis humoribus pragruasti; quod malum solent medicamenta curare, aut lōga inedia ei remediũ adhibere. At si hac spirituali crapula oneratus, & cõsiderationis suauitate detentus, muneri tuo nõ satisfacias, & ea, ad quæ propria vocatione ligaris, prætermittas, animę tuæ non modicum affert detrimẽtum, & Ecclesiæ membra, quibus adiutor, magister, & medicus datus es, spirituali sanitate dispolias. Atque e cõtra, quantumuis sæculi curas abiecerimus, sollicitudinibus tamen sæcularibus aggrauamur, si immoderatẽ & imprudẽtẽ curę animarum vacatẽ, perfectionem nostram postmittimus, & in studio orationis in tepefcimus. Quæ etiã curarũ distractio est, suo modo perniciosior, quod latentius, tum nobis, tum proximis nostris tollit desideratã perfectionis cõpendiã. Nam sæcularium curarum nimietatẽ quis religiosus non horreat? Quis sanæ mētis nõ timeat? At imprudentem animarum sollicitudinem, quæ vsque ad obliuionem sui ipsorum procedit, multi non timet, imò fraternam charitatem vocant, & zelum proximorum existimant. Sed lōgẽ sit, à nobis ista charitas simulata, vel (vt melius dicã) ista stultitia operimẽto charitatis cõteat. Lōgẽ sit à nobis iste zelus insipiẽs (vel vt clariũ loquar) ista detestatio cellæ, vestimẽto zeli circũseptæ. Absit à viris apostolicis occupationũ etiã bonarũ, & viliũ nimietas, quæ eos à cõsuetã oratione remoues, & ab amore lectionis & silẽtij seingēs, tepidos facit. atq; distractos, nec sibi bonos, nec proximis efficaces. Cur immoderatis curis immersũ, & vndis sollicitudinũ suffocati, vitã religiosã exuũt, & animũ sæcularẽ, distractũ, curiosũ, sui ipsius amatorem, & ambitiosũ induũt. Impleturq; in illis, quod dicit Oseas: Et erit sicut populus, sic sacerdos. Nã qui populum ad suæ sanctitatis imitationem trahere debuissent, multitudinis impetu abrepti, ad vitia sæculariũ trahuntur, sæcularia cogitant, sæcularia loquuntur, sæcularia diligunt, & mores insipientium imitantur. Hæ itaq; duæ sorores Martha, & Maria, tã arctam cognationem seruantes, ita se mutuũ diligant, ita se

Gregor.
6. mor. c.
17.

Luc. 21.
34.

Q/oa 4.9.

iguent, vt nec Martha Maria quietem turbet, nec Maria Martha sanctos labores interpellat. Quomodo autem id fiet, ex vita fratrum meorum addiscēs, & quod in illis nō semel animaduerti, conscribens, conabor breuiter explicare. Tūc cōtemplatio actiōnem iuuat, cūm non solum ad nostrum profectū dirigitur, sed per quamdam sequelā ad vltimū proximorum ordinatur. Cūm videlicet quis ad mētis exercitationes collectus, non tantūm pro seipso, sed etiam pro fratribus suis in spirituali necessitate cōstitutis, instāter orat; & ex his, quae cogitat, nō sola suae perfectionis desideria, verūm affectus quoq; conuersionis proximorum elicere curat. Sic Paulus orabat, sic seculi solus interdū manebat, vt ministris animarum daret accommodata orationis exēplum. Testis mihi est De⁹ (ait) cui seruiō in spiritu meo, in Euāgelio Filij eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio sēper in orationibus meis. Et alio loco: Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri semper, in cūctis orationibus meis cū gaudio pro omnibus vobis deprecationē faciēs super cōmunicatiōe vestra in Euāgelio Christi à prima die vsque nunc. Et rursus explicans quem fructum ex cōtēplatione deciperet. Siue mēte (inquit) excedimus, Deo; siue sobrii sumus, vobis: charitas Christi vrget nos; estimātes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sūt, & pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuāt, sed ei qui pro ipsis mortuus est. Ac si dixisset, Cūm à rebus humanis abstracti in extasim rapimur, & cum iterū sublimes illas theorias relinquentes, ad humana redim⁹, & ad vestras infirmitates descendimus, hoc totum Christi charitas efficit, impellēs nos, vt vestram vtilitatem quaeramus, & nequaquā solis nobismet ipsis natos esse putemus. Nā cūm à sensibus alienati, cōtemplamur Christum mortuum fuisse pro omnibus nobis, non tantūm ardentissimo eius amore succendimur, verūm nostrā quoq; vitam contempnimus, ac nos ipsos (quod ad nostram cōmoditatem attinet) reputamus mortuos, vt vobis viuamus, & vestrā cōuersionem, & salutem curemus. Christus namq; dux vitā nostrae, ad hoc pro aliis, scilicet pro omnibus hominibus mortuus est, vt nos ad suā imitationē impellat. Quam impēsē cupientes, non nobis ipsis, sed fratribus nostris viuemus; quā ratione vitā nostram cōsecrabimus ei, qui vitā suam hominibus donauit, siquidem pro ipsis mortuus est. Vide, quo pacto Sanctus Apostolus ex cōtēplatione Dei, nō suorum commodorum desiderium, non laboris odium, non hominum iniquorum tēdium, nō (quod optimū est) suae solius animae profectū eliciebat, sed litim proficiēdi, & sibi, & aliis (quod melius est optimo) ac desideria laborādi pro animab⁹ proximorū cōparabat.

Ita igitur orent, & cōtemplentur, necesse est, religiosi, ad salutē aliorum vocati, vt eis cōtemplatio sit actiōnis & laboris adiumentū. Si feciditate peccatorū cogitant, dolorem ac detestationē non tantūm suorum peccatorum sed etiam alienorum concipiūt, & propria, lachrymis cōtione, & voluntaria castigatiōne, & verbi Dei predicatione disperdere statuūt. Atq; vnusquisq; eorū Domino dicat. Quod in me fuerit Domine, nō habitabit in medio domus tuae, qui facit superbiā, qui loquitur iniqua, nō dirigit in cōspectu oculorum meorum. In matutino interficiam omnes peccatores terrae, vt disperdā de ciuitate tua omnes operātes iniquitatē. Si seculi miserias expēdunt, & se eas effugisse latēt, & aliis ad fugiendū & declinādum opē se daturos proponāt. Erūa eos, dō Creator meus, qui ducūt ad mortē, & qui trahuntur ad in-

Rom. 1. 9.
Phil. 3.
2. Cor. 5.
13. & 14.
Psal. 100.
7.
Prov. 24.
11.

teritum, liberare non cessabo. Si vitam Christi cōsiderant, & seipsos ad imitandum inflammēt, & alios ad eādē imitationem, & ad Saluatoris amorem se pertracturos esse decernant. Meminerintq; Pauli dicentis: Si qua ergo in Christo noua creatura facti sumus, vetera trāierunt, ecce facta sunt omnia noua. Omnia (inquam) innouata sunt ex Deo Patre, qui nō tantūm recōciliauit nos sibi per Christū, sed & dedit nobis ministeriū recōciliatiōis, vt alios recōciliare, & innouare curemus. Si Dei immēsa beneficia animo voluant, & pro illis ingentes gratias agāt, & hoc acceptissimum. Deo gratitudinis signum intelligāt, si animas, iniquitate perditas, ei recuperatas restituant. Quare tantorum donorum commemoratiōe, quasi lautissimo cōuiuio saginati, dicāt Domino, quod effectus est Abner, Dauidis menfa & cōuiuio honoratus. Surgam, vt cōgregem, ad te Dominū meum regem omnem Israēl, & ineam tecū fœdus, & imperes omnibus, sicut desiderat anima tua. Si diuinas perfectiones, sapientiā, bonitatem, potentiam, & reliquas cōtemplantur, earum participationem sibi cupiāt, & quod sibi ex illis fuerit prerogātū in proximis effundere exoptent. Est enim in hoc eādē istarum perfectionum, lucisq; natura, vt sicut minimē lux alterius lucis productione minuitur, & ipsi, cuius est lucet (vt dixit Ennius) cūm alteri accenderit, ita diuina perfectionis mutatio non perditur: cūm aliis via imitandi monstratur, sed stabilis, & perfectius possidetur. Si diuinā pietatē exorat, sibi ipsis conducibilia est agitent, & vniuerso orbi, ac omnibus tā fid. libus, quam infidelib⁹ caelestis gratia donū exposcāt. In quo memores erūt illius cōslij Apostolici: Obsecro fieri orationes pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt, vt quietā, & trāquillā vitā agamus. Et tādē, sicut prāgnās, aut ea mulier quae lactat infantulum, non sibi solum cibū, & potū accipit, sed etiā illi, quē in vtero gētat, aut dulcissimo lacte sustētāt, ita hi, qui filios spirituales parturunt, donec formetur Christus in illis, & tenerum lac illis nec dū ad esca sufficere praebet, nō sibi solis, sed illis quoq; orationis panē, & cōtēplationis cibum māducāt. Sic in ipsa oratione vires ad bene agēdum cōfirmant, non tēdiū, sed amorē erga viles occupationes augmētant, atq; in secreto cōtēplationis non parū agūt, dum spirituales elemosynas, & illis satis copiosas proximis subministrant. Hoc enim Richardus Victorinus satis perspicuē indicat, dicens. Praeclarū genus misericordiae est: delinquentes desistere, penitentibus indulgere, aliena delicta propriis lachrymis delere. In his misericordiae operibus, non exercere debem⁹, qui exteriores diuitias nō debemus. Ex quo huius orationis, tum praestantia, tū vtilitas manifestē conspicitur, quae tranquillitatē, suauitatē, dulcedinē, & altitudinē habēs, magnis meritis actiōnis nō caret.

Sed quo pacto actiō cōtēplationem iuuabit? Ita sanē, si nō saecularis, sed religiosa sit, hominibus spiritualibus cōgrua, & religioso instituto accommodata. Nā actiō saecularis, est velut caligo quaedā dēsissima, quae internos oculos mentis excacat, ne aut seipsa, aut ea, quae infra, aut quae supra se sūt, aspicere per cōtēplationē queat. Atq; aded si mūdus iterū cū anima religiosa fœdus inire voluerit, & ad suas ineptas occupationes pertrahere, illud Nehemiae sibi suadēti respōdeat. Opus grāde est, & nō possum descendere, ne forte negligatur, cūm venero, & descendero, ad vos. Opus quidē magnū, imō, & omniū maximū est, Deo per orationē vacare, & proximis per religiosas actiōnes intēdere, & nequaquā licet vtriusq; meritū pro curis saecularibus periculo exponere, quibus distēre nec nobis in oratione, nec proximis in actiōne sufficim⁹.

2. Cor. 5.
17.
2. Reg. 3.
21.
1. Tim. 2.
Richard. li.
de conse.
fearit. c.
18.
1. Esdra
6. 4.

Deinde

Greg. h. 3. in Ex. ch. 1. 1.

inquiri, & assidua exercitatione, iugique labore teneri, qua inoffenso pede, ad secreta contemplationis transeamus, & oneri animarum sustinendo, non impares simus. Quare verissime dixit Gregorius. Duæ sunt Sanctorum Prædicatorum vitæ; actiua scilicet, & cõtemplatiua; sed actiua prior est tempore, quam cõtemplatiua; quia ex bono opere tenditur ad cõtemplationem. Nos autem boni operis nomine, ea bona opera intelligimus, quæ, & mentem nostram à malis operibus, & prauis affectibus mundant, & decore moralium virtutum exornant. Ex quorum studio, si ad cõtemplationem imus, etiam ad animarum ministeria properamus. Hęc enim, vt nõ semel diximus, & inferius latè confirmabimus, si perfecte omninõ fieri debent. non tantum illorũ bonorum operum præexercitationem exigunt, sed aliquem etiam orationis, & considerationis gustum requirunt. Actiua ergo vita cõtemplatiua, & militans præcedat necesse est, ex qua mens, tamquam ex infimo gradu, suo ordine, ad alios gradus scilicet cœlestis ascendit.

Gen. 2. 15.

Hunc verò istarum vitarum ordinem Dominus in prima hominis conditione, haud obscure monstrauit. dum cum in paradiso voluptatis constituit, non vt in illo quiesceret, & desidiosus maneret, sed vt operaretur, & custodiret illum. Et dum dedit non cõtemplandi, sed abstinendi mandatum. Postea verò homini, iam mandato laborandi disposito, & lege non comedendi præparato, soporem, hoc est vt Hieronymus, & Procopius, & Rupertus volunt) extasim contemplationis immisit. Ac tandem ex latere dormientis, aut cõtemplantis costã eduxit, ex qua Euam vxorem, confortemq; vitæ formauit. Nam, quod in hoc homine vniuersorum parente, historice factum est, mystice in iustis animarum parentibus, spiritualiterque perficitur. Primò malis abstineant, nec cibum vetitum gustent, deinde dormiant, & in rerum cœlestium consideratione quiescant: tandem generent, & filios spirituales enutrient. Qui nec dum laborauit, nõ potest pœcatis, suauiterq; dormire, & qui nec dum affectus inordinatos cohibuit, neq; se actibus virtutum exercuit, purè, & tranquille cõtemplari non valet. Vnde Laurentius Iustinianus, ait: Qui cumque ad arcem orationis, & cõtemplationis pulchritudinem attingere desiderant, prius semetipsos in campo per exercitium operis probent, quam ad quietem transeant, quatenus sciãt, an illata cõuitia à proximis æquanimiter portant, an oblati temporalibus bonis mēs lætitiã soluitur, an sublatis vehementi dolore sauciantur, an cum ad se introitus redeunt, in eo quod spiritualia rimãtur, secunt vmbra transuentium rerũ ferunt, vel fortasse tractas à mente, manu discretionis abigunt. Quisquis hæc patitur, adhuc in actiua vitæ operibus non est purgatus, neque ad sancta orationis opus idoneus. Cõlet autem istum ad orationem nec dum idoneum, non quia ad orationis studium arripiendum expectanda sit omnium passionum perfecta mortificatio, & omnium virtutum moralium acquisitio: sed quia quousque hæc plusquam mediocriter acquirantur, non solet commaniter Deo animas magno dono orationis ornare, & ad perfectissimam cõtemplationem admittere. Qui etiam nec dum dormiuit, viresq; labore fatigatas resumpsit, nõ potest filios vegetos, & sanos procreare, & qui nec dum orationis soporẽ accepit, agrẽ poterit virtutes, quarum naturam diligenti cõsideratione nõ didicit, in alios effundere. Audi Bernardũ, quanta petat vitæ actiua opera, antequam ad prædicandum, & animas conuertendas accedas, audi quo pacto prius quietẽ orationis, & somnum cõtemplationis efflagitet. Sed iã audite (inquit) quæ, & quãta

Laurent. Iust. in libro de vita v. 1. de v. 1. c. 1.

Bern. s. r. 1. 8. in c.

A salutem propriam necessaria sunt, quæ & quãta infundi oporteat, prius quã effundere præsumamus, quæ tamen in præsentiarũ breuiter colligere potero. Accedit medicus ad vulneratum, spiritus ad animã, quam enim non reperiat gladio diaboli vulneratam, etiam post sanatũ vulnus antiqui delicti medicamento baptisimatis: Ergo ad illam animã quæ dicit: Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ: cū accedit spiritus, quid primo opus est vt tumor, vel vlcus, quod forte supercreuit in vulnere, & potest impedire sanitatẽ, antecõmnia amputetur. Abscindatur itaq; ferro acutæ compunctionis vlcus in ueteratæ cõsuetudinis. Sed est acerbus dolor, leniatur proinde vnguento deuotionis, quod nõ est aliud nisi concepta de spe indulgentiæ exultatio. Hanc continendi parit facultas, & victoria de peccato. Iam gratias agit, & dicit: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Deinde apponitur medicamentũ poenitentiæ, malagma ieiuniorum, vigiliarum, orationum, & si qua sunt alia poenitentium exercitia. In labore cibadus est cibo boni operis, ne deficiat. Quod opus sit cibus, inde doceris: Meus cibus est (inquit) vt faciã voluntatẽ Patris mei. Itaq; cõmitentur poenitentiæ labores pietatis opera, quæ conserunt. Magna (ait) fiduciã præstat apud Altissimi elemosyna. Cibus sitim excitat, potadus est. Accedat cibo boni operis orationis potus, cõponens in stomacho conscientia, quod bene gestum est, & cõmendans Deo. Orãdo bibitur vinũ lætificans cor hominis, vinum spiritus, quod inebriat, & carnalium voluptatum infudit obliuionem. Humectat interiora arentis cõscientiæ escas bonorũ actuum digerit, & deducit per quãdam animæ membra, fidẽ roborans, spem confortans, vegetas, ordinansq; charitatem, & impingans mores. Sumpto cibo, potuque quid iam restat, nisi vt pauserit ægrotus, & quieti cõtemplationis, post sudores actionis incumbat: Dormiens in cõtemplatione Deum somniat, per speculum si quidem, & in agnitate, nõ autem facie ad facie interim intuetur. Tamen sic, nõ tam spectati, quam coniectati, idque captim, & quasi sub quodam coruscamine scintillulæ transuentis tenuiter vix attacki inardescit amore, & ait: Anima mea desiderauit te in nocte, sed spiritu meo in præcordiis meis. Talis amor zelat; hic decet amicum spõsi, hoc necesse est ardeat fidelis seruus, & prudens, quẽ constituit dominus super familiã suã. Hic replet, hic feruet, hic ebullit. hic iam securus effundit extendas, & erumpens, ac dicens: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis scandalizatur, & ego nõ vror? prædicet, fructificet, innouet signa, immutat mirabilia, nõ est, quo se immisceat vanitas, vbi totum occupat charitas, siquidẽ plenitudo legis & cordis est charitas, si tamen plena. Deus deniq; charitas est, & nihil est in rebus, quod possit replere creaturam factam ad imaginẽ Dei, nisi charitas, Deus, qui solus maior est illa. Eã nondũ adeptus periculosissimè promouetur, quãtissimè alii videatur polleere virtutibus. Si habuerit omnem scientiam, si dederit omnem substantiã suam pauperibus si tradiderit corpus suum, ita vt ardeat, absq; charitate vacuus est. En quãta prius infusãda sũt, vt effudere audeamus, de plenitudine, nõ de penuria largiẽtes. Primò quidẽ cõpũctio, deinde deuotio, tertio poenitentiã labor, quarto pietatis opus, quinto orationis studium, sexto cõtemplationis otium, septimò plenitudo dilectionis. Hactenus Bernardus. Qui, vt valde expertus, egregie declarauit quãta vitæ actiua perfectio, & quãta vitæ cõtemplatiua sublimitas quæreda sit, prius quã ad docẽdos alios, & prædicandum exeamus. Nescio quomodo volẽs mōstrare vitã actiua esse priorẽ, simul vitã mistã esse posteriorẽ ostēdi.

Psal. 37. 6.

Psal. 115. 17.

Ioan. 4. 14.

Tob. 4. 12.

Isa. 26. 9.

1. Cor. 11. 19.

Rom. 13. 10. 1. Ioan. 4. 8. & 16.

1. Cor. 13. 2. & 3.

Nec

Nec mirum, quia inter id quod prius, & id quod posterius est, talis ordo reperitur, ut necessarium, si vnum probatum sit prius, liqueat reliquum esse posterius. Illud tamen nunc stabilitum maneat, vitam actiuam generatione priorem esse duabus aliis germanis fororibus, vita scilicet contemplatiua, & mixta, siquidem eius munus est, mala vitæ carnalis tollere, vitia secularia extinguere, affectus humanos cohibere, mentem virtutibus decorare, & stabilire, ut Domino se in oratione conspicendam exhibeat, & proximorum onus impositum, fortiter, perseveranterque sustineat.

Est quoque vita actiua minus diues, quam alia, licet magnis & copiosis bonorum spiritualium diuitiis abundet, quoniam eius merita minora sunt, si cum contemplationis meritis, aut cum animarum ministeriis conferantur. Gregorius quidem vitam actiuam contemplatiuam comparans, ita ait: Cōtemplatiua maior est merito, quam actiua, quia hæc in vñu præsentis operis laborat, illa verò sapore intimo venturam iam requiem degustat. Et rursus alio loco. Sed Marthæ cura non reprehenditur: Mariæ verò etiam laudatur, quia magna sunt actiue vitæ merita, sed contemplatiue potiora. Et iure optimo sanè vitam in actione positam in merito contemplatiue supponit, quoniam eius opera à minoribus virtutibus progrediuntur, & minori perfectione decorantur. Vita enim actiua peccatis abstinet, passionibus imperat, virtutes morales nos ipsos pericentes, fortitudinem, temperantiamque custodit, opera misericordie, & iustitie atque prudentie ad alios homines, aut necessitatem patientes, aut suum ius vendicantes, aut gubernatione indigentes, exercet. Magna sunt hæc (quis dubitet?) & ingentia meritorum recondunt augmenta, sed vitæ contemplatiue opera maiori præmio digna censentur. Huius enim vitæ sunt opera religionis, qua Deum orationibus, precibus, votis, ac sacrificiis veneramur, & opera charitatis, qua Creatorem nostrum in contemplatione positi, ardentissimo amore complectimur. Harum autem duarum virtutum illa est inter omnes virtutes morales præstantior, hæc inter Theologicas excellentior. Sed audiamus Prosperum Rhegiensem Episcopum, opera vitæ actiue & contemplatiue inter se conferentem, ut inde pateat, quantum ista illis merito & perfectione præstent. Ad actiuam (inquit) vitam pertinet inter humana proficere, & rebelles corporis motus, rationis imperio temperare: ad contemplatiuam supra humana desiderio perfectionis ascendere, & indefinenter augendis virtutibus incubare. Habet actiua profectum, contemplatiua fastigium. Hæc facit hominem sanctum, illa perfectum. Huius vitæ est nulli prorsus iniurias irrogare, illius irrogatas æquanimiter sustinere. Imò, ut proprius dicam, executor actiue studet in se peccati dimittere, contemplatiue sectator, offensas, quibus pulsatur, nec omnino concutitur, & ignoscere magis paratus est, quam donare. Ille iram patientie virtute compefcit, immoderatis cupiditatibus parsimonie frenos imponit, tangitur desideris carnalibus, nec cōsentit, pulsatur mundi huius curiositate, nec rapitur: quatitur diabolica impugnatione, nec vincitur: & Deo suo deuota mente subiectus, nō atteritur diuersis tentationibus, sed probatur. Ille omnes affectiones, quibus vita mortalium variatur, sanctis virtutibus vincit, cupiditatum ac perturbationum omnium liber, beata quiete perfruitur, & illecebris ac voluptatibus factus expedita mente superior, ineffabili gaudio diuine contemplationis afficitur. Ille suscipiendo peregrinum, vestiendo nudum, guber-

A nando subiectum, redimendo captiuum, tuendo violenter oppressum, iugiter se ab omnibus iniquitatibus suis emaculat, & vitam suam bonorum operum fructibus ditat: ille facultatibus suis in vñs pauperum distribuit, simul se expoliavit mundo, & admoit se totis viribus celo, res mundi mundo proiecit, & se ipsum deuota mente Christo restituit, à quo immortales diuitias sibi dari orat, ut pauper: protegi se quotidie postulat, ut infirmus: immortalitatis indumento vestiri cupit, ut nudus: defendi se ab impugnatione inuisibilium hostium supplicat, ut fragilitate carnis oppressus, caelestè patriam sibi dari desiderat, ut peregrinus. Hucusque Prosper. Cuius verba, si attenda consideratione ponderemus, manifestè videbimus vitæ actiue opera minora esse merito iis, quibus cōtemplatiua vita cōtinèter insitit. Illa perfecta sunt, sed ista perfectiora, illa sancta, sed ista sanctiora; illa in domo Domini perficiuntur, hæc in domo secretissimo regis cōclauis executioni mandatur. Quare, sicut grata sunt regi opera seruorum suorum, qui regiam aulam mundant, ornant atque custodiunt; cibos parant, lectos sternunt, dati & expensi ratione habent, & omnia ad bonam gubernationem attentè disponunt; sed multò gratiores sunt amicorum, & familiarium cura, qui ipsum regem alloquuntur, cum ipso conuersantur, eius vultum intuentur, illique se fidelissimos socios, vitæ comites, & pauperum, ac miserorum intercessores exhibent: Ita multum quidem meretur actiuus, qui cor suum, aulam utique Christi regis ab omni labe perpurgant, virtutibus ornant, circumspectione custodiunt, qui exteriora administrant, & omnia, siue quæ ad vitia destruenda, siue quæ ad virtutes inferendas, siue quæ ad proximos in temporalibus iuuandos pertinent, iuste, sanctèque constituunt; sed multò magis merentur cōtemplatiui, qui operibus istis actiuorum bene dispositis, & ad vmbilicum vsque perductis, Deum orant, Deum contemplantur, Deum diligunt, coram Deo pro peccatoribus intercedunt, eique tamquam amici fideles, tamquàm aulici valde familiares assistunt. Rectè ergo dixit Gregorius Nazianzenus: Quæta, & à negotiis se mota vitæ ratio, actiuosæ vitæ splendore præstantior est. Actionis enim splendorem vincit, cōtemplationis lux actionem dirigens, eique puritatem, & splendorem impertiens. Nam, si aliqua saltem consideratione actionem non præcedat, velut oculis carè, casui & imperfectioni currit exposita.]

B sed ista perfectiora, illa sancta, sed ista sanctiora; illa in domo Domini perficiuntur, hæc in domo secretissimo regis cōclauis executioni mandatur. Quare, sicut grata sunt regi opera seruorum suorum, qui regiam aulam mundant, ornant atque custodiunt; cibos parant, lectos sternunt, dati & expensi ratione habent, & omnia ad bonam gubernationem attentè disponunt; sed multò gratiores sunt amicorum, & familiarium cura, qui ipsum regem alloquuntur, cum ipso conuersantur, eius vultum intuentur, illique se fidelissimos socios, vitæ comites, & pauperum, ac miserorum intercessores exhibent: Ita multum quidem meretur actiuus, qui cor suum, aulam utique Christi regis ab omni labe perpurgant, virtutibus ornant, circumspectione custodiunt, qui exteriora administrant, & omnia, siue quæ ad vitia destruenda, siue quæ ad virtutes inferendas, siue quæ ad proximos in temporalibus iuuandos pertinent, iuste, sanctèque constituunt; sed multò magis merentur cōtemplatiui, qui operibus istis actiuorum bene dispositis, & ad vmbilicum vsque perductis, Deum orant, Deum contemplantur, Deum diligunt, coram Deo pro peccatoribus intercedunt, eique tamquam amici fideles, tamquàm aulici valde familiares assistunt. Rectè ergo dixit Gregorius Nazianzenus: Quæta, & à negotiis se mota vitæ ratio, actiuosæ vitæ splendore præstantior est. Actionis enim splendorem vincit, cōtemplationis lux actionem dirigens, eique puritatem, & splendorem impertiens. Nam, si aliqua saltem consideratione actionem non præcedat, velut oculis carè, casui & imperfectioni currit exposita.]

C Quod si vita actiua minora quam contemplatiua lucra recondit, non dubium quin etiam minorem, quam vita mixta mercedem acquirat. Nam hæc, & vitæ contemplatiue meritum habet, & charitate incitata dulcedinem quietis deserens, & ad proximos iuuandos opportuno tempore egrediens, priori lucro aliud valde copiosum superadiicit. Quod lumen Ecclesie Thomas perspicue docet, dicens: fieri posse, ut aliquis plus mereatur in operibus vitæ actiue, quam alius in actibus vitæ cōtemplatiue, si propter abundantiam diuini amoris, & ut diuina voluntas, ad eius gloriam impleatur, interdum à dulcedine diuine cōtemplationis, ad tēpus auelli sustineat. Hoc enim est; quod Paulus ad Romanos scribens, ait: Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis.] Quod si quæuis vitæ actiue actio hac ratione facta tanti meriti est, ut etiam contemplationem superet: quati meriti erunt actiones Hierarchicæ ipsi cōtemplationi mixta, ad quas nō mouente aliquo sine abiectione, sed charitate instigatè, progredimur? hæc igitur vitam actiuam puram superabunt, quæ, aut castigamus corpora nostra, aut vitia nostra prosterminimus, aut virtutes inferiores præstamus, aut corporalibus

Greg. ho.
3. in Eze.
chiel.

6. Mor. 1.
18.

Prosp. 1.
de vita
contempl.
c. 12.

Nazion.
Epist. 77.
ad Olim.
piam.

Thom. 2.
2. q. 182.
art. 2. cor.
porc.

Rom. 9. 3

tantam aliorum necessitatibus inferuimus. Est ergo vita actiua prior generatione, & tempore, quia minoris perfectionis, & meriti, ut sic paulatim, ut ordinatè procederet in eo, quod perfectissimum est, finiamus, & in eo quod medium est, profequamur, sed in infimo, & minoris perfectionis gradu humiliter inchoemus. Atque ad eò omnes, qui itinera vite spiritualis peragunt; illius prouerbialis sententiæ memores: Substantia festinata minuetur; quæ autè paulatim colligitur manu, multiplicabitur, nolint ex vita mundana ad perfectissimas statim actiones Ecclesiæ saltare, sed prius per vitam actiuam dilecta sua purgent, & arcem cordis à vitii tyrannicè possessam expagnet; prius prauis affectibus imperent; corporis & sensuum desideria cohibeant, virtutes ad proprium decorè necessarias comparent, senioribus deferant, fratres in ministeriis temporalibus iuuet; imbecillioribus & ægrotis inferuiant, se ipsos deiciant, & sub modio humilitatis abscondant: & sic à vitii mūdāt, mortificatione dolati, & virtutibus præparati, securè viā purissimæ contemplationis captabūt, & ad altissimam ministeria animarum assurgent. Qui enim nō ita procedūt, post longum tempus in contemplatione, & Ecclesiasticis ministeriis emensum, impatientes, iracundi, superbi, & aliis vitii operi reperiuntur. Ac propterea nec vitam actiuam, nec contemplatiuam, nec ex utroque mistam habēt, sed supra arenam molem ædificationis extruūt, ex quo nihil aliud potest separari, nisi aut nullus profectus, aut certa, miserabilisque ruina.

Quod vita contemplatiua est perfectior, & tempore posterior quàm actiua.

CAPVT XLI.

EXPLICATA superiori capite minori vite actiue perfectione, ac pulchritudine, nunc ratio diligētè inquirat, in quo maior vite contemplatiue perfectio, & pulchritudo consistat. Cuius rei non vnā, sed plurimas esse causas, nō tantū sãcti Ecclesiæ patres, fidei, & sapientiæ supernaturalis splēdore illustrati, verū etiā Aristoteles ipse fulens lumine naturali, cognouit. Tanta est enim rationis vis, ut qui ratione ducuntur, & ad iudicandū de rebus, non sensibus permouentur, ea, quæ secūdū rationem sunt, facillè sibi persuadeant. Rationes ergo vtriusque scholæ, tam Philosophicæ, quàm Christianæ, hic in vnum congeramus, ut nobis elucescat, cuius dignitatē veniamur, vite contemplatiue perfectio. Et primò certū est, eam vitam spiritualemente præstantiorē, cuius perfectior est operatio, Deo gratior, ac nobis, qui huius mūdi vitā sectamur, vtilior. Hoc autem habent vite contemplatiue functiones, si cum actionibus vite actiue cōferantur. Sunt perfectiores, quia actus sunt nostræ intelligentiæ, & voluntatis, quibus, & diuinam naturam contemplamur, & eam ingēti charitatis amore profequimur, & vitam illam cælestē imitamur, quæ est nostrorum laborum scopus, ac Dei ipsius, beata possessio. Quod si illæ actiones sunt perfectiores (vniuersa Philosophia attestante) quæ versantur circa obiectum excellentius, non dubium: quin consideratio, & dilectio Dei, actiones exteriores superent, quibus, aut corporalibus, proximorum miseris consulimus, aut nos ipsos in officio continemus. Verissimè igitur Gregorius oculo dextro vitam cōtemplatiuam asimilat. Duæ quippe vitæ (inquit) actiua videlicet, & cōtemplatiua, cū conferuantur in mēte, quasi duo oculi habēt in facie. Dexter nāque oculus, vitā cōtemplatiua est; sinister,

A actiua. Rectè quidem. Nam si oculo dextro Deū, sinistro verò creaturas debemus aspicere, contēplatio oculo dextero est, siquidē ea Creatorē nostrū per lumina fidei, & sapientiæ conspicimus, & actio oculo sinistro, quia nos ipsos ad virtutē redigimus, & fratres nostros in huius vite miseris adiuuamus. Sunt etiā actiones vite cōtemplatiue Deo gratiores, quoniā aut actus charitatis sunt, aut actus charitatis cōprehēdūt. Ad hoc enim, aut mysteria vitæ, & passionis Christi, aut beneficia diuina, aut Dei nostri perfectiones, aut rem aliā cōtemplamur, ut mens nostra à se ipsa, & ab omnibus creatis resiliat, & in diuinū amorem, atque dulcissimum æterni sponsi cōplexū assurgat. Actus verò charitatis, nō solum acceptor Deo est, sed etiā alios morales actus imperans, & dirigens, facit acceptos, & sine charitate, nihil Deo gratū, & acceptum inuenitur. Dicente Paulo: Si linguis hominū loquar, & Angelorū, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalū tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero: nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas: & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero: nihil mihi prodest. Charitas ergo est, quæ per seipsam Deo gratissima existens, reliquis operibus bonis ad Deū aditum pandit, & ad æternā vitæ meritum ducit. Hanc verò ita contemplatio exercet, ut nō existimetur contemplatio Christiana (quemadmodum Thomas ait) quam diuinus amor non incipit, & idem diuinus amor non terminat. Sunt tādē actiones vite contemplatiue nobis, imò, & suo modo, proximis vtiliores. Nobis quidē, quoniā ad peccata delēda, ad passiones cohibēdas, ad virtutes acquirēdas, ad sæculū, & omnē eius splendorem conculcandū, efficacissimum est orationis contemplationisq; remediū. Ex qua tamquam ex editissima specula, rerum labentū vtilitatem aspiciamus, & rerū æternarum dignitatem aduertimus, cuiusq; presidio ab omnibus malis aufragimus, & vniuersas virtutes actibus internis exercemus, & ad earum exteriores actus, fortè animū, & robustum acquirimus, & diuinū imperamus auxilium. Proximis verò, quoniā cōtemplatio actiones dirigit proximorū gratia susceptas, ad perseuerandū in bonis operibus animat, eis prosperos euentus è throno Cōditoris reportat, & innumera obtinet gratiarū dona, quæ effundantur in proximis. Hæc contemplationis vtilitatē pulchrè Richardus de sancto Victore, his verbis subnotauit. Meritò (inquit) sponsum monet (de anima cōtemplatiua loquēs) ne suscitetur eo quod bene circa proximorū salutē occupatur. Et bona quidē sollicitudo, & turbatio carnalis, sed melior, & sublimior circa plures occupatio, & cura spiritualis, ut potè tã Deo quàm cælestibus ciuibus familiaris, & permanēs, & secura magis. Occupatio quidē exterior primò seruitus est, quia corporis etiā labore perficitur. Interior sollicitudo, & oratio, sublimius atq; dignius officia est. Illa seruit dū ministeriū exhibet, hæc apud Deū meritis & familiaritate obinet: messes esse multam Dominus dicit, & rogari se monet, ut in eā operarios mittat. Quod maxime perficere præualet anima perfecta, quæ Deo familiaritate deuotionis adheret, hæc modò Deo supplicat, ut in messes operarios mittat, modò, ut in hanc messis gratiā ad operandum vtiliter concedat: huius messis partem occupat actiuus exteriori ministerio, sed cōtemplatiuus totam messes occupat orationis auxilio. Et post pauca. Optimā partē elegit Magdalena, quæ gratiam exercet cōtemplationis, & tamē occu-

patur

Prov. 13.
11.

Arist. 10.
Ethic. ca.
7. & 8.

Gregor. 6.
mor. c. 17.

1. Cor. 13.
1.

D. Tho. 2.
2. q. 180
art. 1.

Richard. in
cant. c. 8.

Patur in parte fororis, vt etiam actiua vite præmio coronetur: in qua pari charitate per præmium meretur. Martha in vno loco corpore laborat circa aliqua, Maria in multis locis charitate circa multa: in Dei enim cõtemplatione, & amore videt omnia, dilatatur ad omnia, comprehendit, & complectitur omnia, ita vt in eius comparatione Martha sollicita dici possit circa pauca. Valde ergo hoc vnum est necessarium, & merito præferendum, in quo, & Deo per amorem anima inhaeret, & omnibus charitatè & sollicitudinè exhibet. Si ergo actiones vite contèplatiuae præstatores sũt, relinquunt eã esse potiorè, què meliora respicit, & excellentioribus obiectis intèdit.

Ex hoc autem principio secunda huius maioris perfectionis causa desumitur. Nam vita contèplatiua competit homini, ex eo tantum, quòd homo est, scilicet intellectus, & volutatis particeps, & Dei notitia atq; amoris capax. At vita actiua conuenit homini, etiam ex eo quòd habet inferiores vires, nõ sibi proprias, sed animalibus rationis expertibus, brutisq; cõmunes. His enim viribus aut facultatibus, munus actionum exteriorum perficitur. Perfectior verò, & sublimior est illa operatio, quam homo communem cum Angelis habet, quam sit illa, cuius vsu ad potètiã corporales, & necessitatè corporum se demittit. Quare, sicut in republica excellentior est gubernatio, qua abiectus homo, sed studiosus, & prudens solet ad quamdam participationem regis dignitatis extolli, & longè superat functiones communes, in quibus alios inferioris notie homines imitatur: ita præstantior est contèplatio, atq; sublimior, qua homo, veluti ad Angelicum munus, & caelestem quamdam dignitatè euehitur; humilior autem exterior operatio, cui insistent, non solum natura: sed labore homo terrenus est, & cù aliis hominibus in sollicitudine, atq; occupatione communicat. De hoc, & similibus, secundum Thomam, dictum est. Homines, & iumenta saluabis, Domine. Illos scilicet, qui vt simplicia quedã, & sancta iumenta Christum in suis membris calefaciunt, & filios Ecclesie suæ protectionè sustentat, & bonis operibus iuuant. De contèplatiuis verò subiicitur. In lumine tue videbimus lumen. Nam in lumine fidei, & sapientie in hac peregrinatione, lucè increatam diuinã naturã per speculum in ænigmate vident, quam in patria facie ad faciem sunt visuri, & eius gaudiis sempiternis fruituri.

Et si bonum, quòd diuturnius, eò melius, hinc maior quoq; præstantia vite contèplatiuae cognoscitur, quòd magis diuturna est, quàm actiua, & ex natura sua magis cõtinua, atq; durabilis. Vita enim cõtèplatiua circa Deũ & incorruptibilia versatur: actiua verò circa corruptibilia suas operationes exercet; vnde necesse est, ita cum corruptibilibus corrumpi, atq; transire, & illam cum incorruptibilibus durate, ac permanere. Quamobrem verissima sunt, quæ Gregorius scripsit. Actiua vita cum corpore deficit. Quis enim in aeterna patria panem esuriẽti porriget, vbi nemo esuriet: Porũ tribuat sitienti, vbi nemo sitit: Quis mortuum sepeliat, vbi nemo moritur? Cum præsentem ergo sæculo vita aufertur actiua. Cõtèplatiua autè hic incipitur, vt in caelesti patria perficiatur: quia amoris ignis, qui hic ardere inchoat, cù ipsum què amat viderit, in amore ipsius amplius ignescit. Et Augustinus breuius numeratis huius mundi miseris, ait, In illo sæculo futuro non erunt ista mala, ergo nec ista ministeria. Sublatis itaq; paupertatis, ægritudinis, & mortis malis, opera ista bona tollenda sunt, siue quorum exercitio, actiua vita nequaquam potest subsistere. Est etiam hæc vita laboriosa, quæ non solum mentem suis curis inquietat, ve-

rum corpus quoque lassitudine, atque labore fatigat: Ideoque Lucas Martham sollicitam, turbatam, latagentem, & stantem inducit. At labor vacationem, & quietem requirit, nec perpetuo tẽpore durare valet. Cõtèplatiua verò est vita tranquilla, quæ nullo labore corporali, sed in otio sancto, & purissima quiete exercetur. Quod Maria rerum terrenarum obliuiscens, & sedens secus pedes Domini, & verba sapiẽtiæ aure cordis excipiens, manifestè designat. Quare diuturnior est, & secundũ suam naturam durabilior. Quã diuturnitatem Dominus astruit, dicens: Actionem aliquando esse à nobis deserendam, & contèplationem numquam auferendam. Quod ita Cassianus intelligit, vt actio, quantum ad substantiam & laborè tollenda sit, licet eius præmium semper, mercesque permaneat: Contèplatio autem, non solum quo ad præmium, quod in hac vita Deum considerando, & amando meruimus, sed etiam secundum ipsum contèplationis opus est permanens, & in aeterna vita duratura. Huius Patris verba sunt. Nec ergo dixi mercedem boni operis auferendam, dicente eodem Domino, Qui potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidae tantum in nomine discipuli, amè dico, vobis non perdet mercedem suam, sed actionem dico, quam, vel necessitas corporalis, vel impugnatio carnis, seu mundi huius inæqualitas administrare exigit, auferendã. Nam lectionis instantia, vel ieiuniorum afflictio, ad emundationem cordis, & castigationem carnis (quæ si elata fuerit escarũ nimietate, seu mentis incuria, confestim luxuria, atque libidinis aculeis duritatem cordis infestat) in præsentem tantummodo vtiliter exercentur, donec caro concupiscit aduersus spiritum, quæ nonnumquam ab his qui labore nimio, seu ægritudine corporis, seniove defessi sunt, etiam in præsentem videamus auferri, nec ab homine posse iugiter exerceri. Quanto magis ergo hæc in futuro cessabant, eum corruptibile induerit incorruptionem corpusque istud, quod nunc animale est, surrexerit spirituale, & cæperit caro nõ esse iam talis, vt aduersus spiritum concupiscat. Et post pauca de operibus misericordie, quibus proximos iuuamus, ita subiungit. Hæc etiam quæ dicitis, opera pietatis, ac misericordie, necessaria sũt, in hoc tempore, dũ adhuc inæqualis diuersitas dominatur, quorũ ne hic quidẽ expeteretur operatio, nisi inopum, indigentium, infirmorumq; pars maxima redderet, quæ inæqualitate hominum facta est, eorũ scilicet, qui omnibus in commune à Creatore cõcessa sunt, in suos tantum occupant vsus, nec tamè vteda tenuerint. Hactenus Cassianus docuit, qua ratione vita actiua, quãtum ad actionem suam, debeat in caelesti patria cessare: Cõtèplatiua autem hic incipit & velut cibis externas occupationes sustinet, eis se tacite, & prudẽter immisceat, nobis proficiẽtib; proficit, & crescentibus crescit, & dum mortem gustamus, & omnem actionẽ relinquimus, ipsa procedit, & crescit vsque ad perfectum diem, & in illa inaccessibili luce integra, illustris, perfecta que perdurat. Est ergo bonum hoc diuturnius, & eo ipso melius, quòd in contèplatione positum inuenitur.

Sed enim aliud huius vite tam diuturnæ perfectionem auget, quòd eximia quadã voluptate, & indicibili delectatione perfuditur. Homo enim suapte natura in eo delectatur, quod sibi maxime congruit, nihil verò a què congruit mētī nõstræ, ac cõtèplatio diuinorũ, quæ est propria nõstra operatio, qua bruta animaria superamus, & ab eorũ vilitate secerimur. Et quis rem à se impensè amatam contèplando, & amando non ingentem voluptatem percipiat? At contèplatio est, cuius auxilio Deũ patrem, spõ-

Lucas 10 41.

Cassian. col. 1. cap. 10. Mat. 10. 41.

1. Cor. 15. 53. Galat. 5. 21.

D. T. ho. 2. 2. q. 18. 1. art. 11. 3. 7.

Greg. 8. 14. in Ezech.

Aug. ser. 27. de verbis Domini.

ho. 2 180

in 8.



Greg. lib. 14. in Ezech.

Cat. 5. 2.

Aug. ser. 27. de verbis Domini.

Bern. ser. 23. in cant.

Laur. in ligno vite tract. de erat. c. 8.

Isa. 32. 18.

Bern. ser. 4. in vigiliis Nativitatis.

sum, & omne bonum nostrum conspicimus, & sanctissimo eius amore calefcimus, magna igitur secum afferet voluptate. Hinc sancti Ecclesie Patres nomina vite contemplatiue significantia voluptatem sepe in suis scriptis attribuunt. Gregorius ait: Contemplatiua vita amabilis valde dulcedo est, que super semet ipsam animam rapit, caelestia appetit, terrena autem debere esse contemptui ostendit, spiritualia mentis oculis patefacit, corporalia abscondit. Et ad hoc propositum illud canticorum applicat. Ego dormio, & cor meum vigilat. Nam, dum mens ad superna vigilat, & in tanta noua consideratione rerum admirabili obstupefcit, necesse est, ut rebus mundanis dormiat, & audiendis saeculi vocibus obfuscescat. Et Augustinus Martham alloquens dicit: A te autem, quod elegisti, auferetur, sed bono tuo auferetur, ut quod melius est detur. Auferetur enim a te labor, ut requies detur. Tu nauigas, illa in portu est. Et supra. Intenta erat Martha quomodo pasceret Dominum: intenta Maria, quomodo pasceretur a Domino. A Martha conuiuium Domino parabatur, in cuius conuiuio Maria iam iucundabatur. Bernardus vero propria experientia doctus, quid ait: Est locus (inquit) ubi quiesces, & quietus certitur Deus, locus omnino non iudicis, non magistris, sed sponsi, & qui mihi quidem (nam de aliis nescio) plane cubiculum fit, si quando in illud contigerit introduci, sed heu rara hora, & parua mora: Clare ibi cognoscitur misericordia Domini ab aeterno, & vsq; in aeternum super timentes eum. Et post multa. O vere quietis locus, & quem non immerito cubiculi appellatione censuimus, in quo Deus, non quasi turbatus ira, nec velut dissentens cura prospicitur, sed probatur voluntas eius in eo bona, & bene placens, & perfecta. Visio ista non teret, sed mulcet, inquietam curiositatem non excitat, sed sedat, nec fatigat sensus, sed tranquillat, hic vere quiescit. Tranquillus Deus, tranquillat omnia, & quietum aspiciere, quiescere est. At Laurentius Iustinianus, sic inquit. Merito iucundior est (de vita autem contemplatiua loquitur) quia actiua vita habet sollicitudinem, contemplatiua gaudium sempiternum. In hac acquiritur regnum, in illa percipitur: haec facit pulsare bonorum operum, velut quibusdam manibus, ianuam; ista vocat consummandos in patriam: in hac contemnitur mundus, in ista videbitur Deus. Sedebit (inquit Propheta, de contemplatiuis) populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciae, & in requie opulenta. Haec omnia sanctorum dicta, tot honorificis repleta nominibus, quae in vitam contemplatiua quadrant, qualia sunt, dulcedo, raptus, somnus, requies, portus, conuiuium, locus quietis, sponsi cubiculum, visio mulcens, sedans, atque tranquillans, gaudium sempiternum, regni perceptio, ac notio Dei; Quid nisi incomparabiles diuitias, ineffabilem suauitatem, & supra omnem cogitationem nostram, ingentem mentis voluptatem ostendunt.

Huius etiam delectationis propria, quae ex vita contemplatiua percipitur, magnam afferunt suae perfectionis augmentum. Nam delectationes corporis immunda sunt, & quia nos sua in moderatione coinquinant, & quia sunt ex rebus vilibus abiectisque conceptae; periculosa sunt, quae, & animae solent officere, & corpus ipsum eneruant, atque debilitant; abiecta sunt, quoniam non propriae hominum aut spirituum, sed hominibus bestisque communes; nullius valoris sunt, quia omnibus peruia, & tanquam in platea expositae, quas insipientes, stulti, vitiosis moribus corrupti, & denique omnes animantes, siue ratione participant, siue ratione careant, pro libito usurpant. De hoc delectationum genere optime dixit Bernardus.

A Vilis est, & ad nihilum vtilis huiusmodi consolatio, & (quod magis metuendum est) etiam vere ac salubris consolationis est impedimentum. At vita contemplatiua delectatio mundissima est, Nam & magnam mundiciam praesupponit, quam vita actiua suis operibus acquisiuit, & minimarum imperfectionum adhuc manentem ruginam, balneo diuini amoris abstergit, & cogitationes, atque affectus saeculares, ingredientibus caelestibus desideriis amandat, & Deo omnis puritatis auctori nos intellectu affectuque coniungit: qua, anima inebriata nonnumquam etiam vtilissimas occupationes fugit. Expoliaui me, dicens, tunica mea, quomodo induat illa: Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Quo loco Gregorius, animae contemplatiuae mundiciam describens, ait. Tunica sua sponsa se expoliauit, quia bona exteriora, quibus honorabatur, & onerabatur, abiecit. De qua tunica dicitur Nunc autem qui habet tunicam, vendat eam, & emat gladium. Quippe gladium vetera tunica emit, qui pro aeternis temporalia abdicat, & in sancta conuersatione viuens, verbum praedicationis acquirit. De quo dicitur. Et gladium spiritus, quod est verbum Dei. Pedes autem suos spona lauit, quia dum in sancto otio sancta anima viuunt, opera sua studiosè ad memoriam reducit, & quidquid in eis sortidum examinando deprehendit, lacrymis quotidianis, & gemitibus plangit. Pedes itaque lauit, quia praeterita opera, quibus per hunc mundum dissolute ambulauerat, plaxit. Pedes lauit, quia peccata ablatis lacrymis munda in conspectu dilecti sui apparere conueniunt. Hos pedes iterum inquinare metuit, quia valde sollicita est, ne si in praedicatione ponatur, per terram ambulans, iterum suscipiat, quod dimisit. Idcirco ab otio inuita recedit, quia dum a marinis fluctibus aliena est, quasi in litore posita, securus viuunt. Vide ergo quanta est huius vitae munditia, quae ea timet charitatis ministeria, quibus Ecclesia filiorum suorum maculas tergit, ne ipsa leues maculas contrahat, dum alios a peccato purificat. Sed quid mirum, si exteriores occupationes timeat, quae cogitationes etiam creaturarum abiecit: Nam illud profecto animabus contemplatiuis congruit. Comederis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proicietis. comedunt vetustissima veterum, quando ea cogitant, quae statum innocentiae sapiunt, & peccatum nesciunt, & vetera pro nouis proiciunt, cum saeculi cogitationes, & desideria pro contemplatione rerum caelestium derelinquunt. Huius ergo vitae delectatio purissima est, ubi anima, tamquam in igne purgatur, & ac si in mundo non esset, cogitationibus, & affectibus, vniuersis rebus mundanis eximitur.

Et eo ipso vitae contemplatiuae delectatio tuta est, atque secunda, quod metum occupationibus temporalibus, & hominum consortio liberat, in quo videntur pericula, & tamquam in tutissima arce diuina familiaritatis constituit, ubi est vera suauisque tranquillitas. Frustra iacetur rete (ut inquit Salomo) ante oculos pennatorum, & in vanum Daemon retia tendit in rebus terrenis ad capiendos illos, qui omnia terrena contemnit, & ea memoria & affectu deserens, ad sola caelestia & aeterna toto desiderio cordis anhelat. Ut enim ait Beda: Facile laqueos, qui in terra tenduntur, cauet, qui pennis virtutum subiectus, conuersationem habet in caelis. Nec mirum sane, quod veri contemplatiui non capiuntur, aut diuitiarum amore, aut appetitu dominandi, aut carnis illecebris, cum videat in se quotidie possessionem virtutum amicorum Dei dignitatem verissimam, & puras, ac libatas voluptates. Sicut enim, qui cibis vescuntur pretiosis, & delicatis, porcos, & allia, & similia alimeta

refugiunt;

Cat. 5. 3.

Greg. in cant. c. 5.

Luca 22. 36.

Ep. 6. 17.

Genit. 2. 6. 10.

Prou. 1. 17.

Beda in Prou. ad cap. 1.

refugiunt; ita, qui spirituales voluptates experitur, nullo negotio fedas carnis voluptates spernet.

Rom. 14. 27.

Est etiam contemplationis delectatio in primis illustris, atque sublimis, quia similis est voluptatibus ac deliciis patriæ cælestis, quas Beati, ex Dei amore, & visione percipiunt. Regnum quippe Dei non est esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto; & hoc idem, licet non eodem modo, est contemplationis gaudium, quod non esca, & potus efficit, sed perfecta iustitia, pacis abundantia & Spiritus sancti inhabitatio producit. In cælesti patria videbimus Deum, videndo possidebimus, possidendo amabimus, amando fruemur, fruendo laudabimus. Quia beati, qui habitant in domo tua Domine (vt psalmista concinit) in sæcula sæculorū laudabūt te. Et similiter vitam contemplatiuam habentes, & in opere contemplationis se occupantes, Deum, oculis fidei, & sapientiæ conspiciunt, conspiciendo utcumque tenent, prout in ista mortali vita conceditur; tenendo diligunt, diligendo gaudent, & gaudent ingenti spiritus exultatione perfusi, laudibus, & gratiarum actione concelebrant. Vere illustris, ac nobilis sanctæ contemplationis voluptas, quam non carnis infamis contactus asfert, sed ex spiritali vnione ad Deum, & ex noticia tantorum bonorum afflurgit.

Psal. 88. 5.

Est tandem hæc delectatio valde pretiosa, quia rara est, nec omnibus etiam iustis, & Dei amicis cōcessa. Semper rara in pretio habita sunt, quantus ergo erit huius purissimæ voluptatis valor, cuius haustum Deus post multas lachrymas, post ingentes gemitus post plures annos mortificationis, & sanctorum laborum concedit? Non omnes iusti, imò neque omnes, qui orationi & contemplationi vacant, cellā ingrediuntur vinariam, & ad tponi cubiculum admittuntur: sed licet interdū suauitate aliquam experiantur, longè tamē est ab illis deliciarum cælestiū spiritualis ebrietas. In cuius signum, atq; figurā contiderante Gregorio, arca illa humani generis, animaliuq; custodia, inferius lata describitur, & in cubito consumatur. Quia multi sunt fidelium superbi, auari, raptores, & alius vitii peccatisq; fœdati, quos quia Ecclēsia tolerat, & ratione fidei mēbra mystica agnoscit, in latitudine arce habitat, & in Ecclesiæ gremio cōmoratur. Alij verò, qui modestiā amant, aliena non rapiunt, iniurias æquanimiter tolerāt, & diuina mādāta custodiunt: sine vlla cōparatione pauciores sūt, atq; aded, vbi illi vitā agūt, maior arca inuenitur angustia. At qui ita possessa relinquāt, & terrena fastidiāt, inimicos diligāt, carnē dōment, & affectus spiritus, & ratione cohibeāt, vt pennis cōtemplationis ad cælestia saletentur, & spiritus deliciis facietur, sunt certè paucissimi. Quare meritò Ecclesiæ arca, quæ trecentis cubitis cepit, in vno cubito consumatur. Nā tã paucis habitatoribus, qui instar Angelorum, in terris viuunt, vnus cubitus, & hic in suprema parte positus quietæ habitationi præfigitur. Si ergo hæc spiritalis voluptas, quæ vsq; ad ebrietatē procedat, tam rara est, non erit mirabile, si tam sit desiderabilis, atque pretiosa. De qua illud Iob, non inconuenienter intelligo. Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argētum in commutatione eius: Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi Sardonicho pretiosissimo, vel Saphiro. Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vasa aurī, excelsa, & eminentia non memorabuntur in comparatione eius. Et iure optimo hæc, quæ de sapientiā dicta sunt, huic voluptati adaptantur, quæ & a sapientiā emanat, & sobrios, atque sapientes facit, & multos sæculo ad veram sapientiā extollit.

Greg. 18. 26. in Ezechiel. Genes. 6.

Iob. 28. 15.

A Demum (vt alias vitæ contemplatiuæ perfectiones, nō tam explicemus, quàm breuiter prælibemus) Hæc vita est magis sibi sufficiens, quia ad vnitatem Dei propius accedens, paucioribus indiget. Vnde cū Martha circa plurima turbatur, Maria in vno solo, quod infinitis partibus illa plurima superabat quietem, & iocunditatem inuenit. Et propter se ipsam amabilis, cū tamen labores vitæ actiuæ, aut propter instantem necessitatem, aut propter assequendā tranquillitatem diligantur. Et hoc dominus subnotauit, dicēs, vnum esse necessarium, scilicet intellectu, & affectu adherere Deo, propter quod reliqua admittenda sunt, & si hoc impediāt, repudiāda. Et sanctus Dauid: Vnam (inquit) petiij à Domino, hanc requirā, vt inhabitē in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Hæc autem rem petendo, quæ est ad Deū pura insolubilisque coniunctio, vniuersa alia vitæ actiuæ ministeria postulabat, quorum præsidio illud vnum tamquam finem assequimur. Est, non in motu, & sollicitudine, sed in quadam quiete, & vacatione consistens. Sicut enim actiuus dicitur: Discurre, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ,] ita cōtemplatiuus inculcatur: vacate, & videte, quoniam suauis est Dominus. Et sanctus Ephrem, aperte fateatur, vitam in quiete postam per Mariā fuisse signatam. Hæc Maria (inquit) quietis exemplar extitit, sedens secus pedes Iesu, ipsique soli adherens: quare, & eam laudauit Dominus dicens: Maria optimā partem elegit, quæ non auferetur ab eā.] Cernis, frater, qualis sit mentis tranquillitas, ac quies, cuius possessorem, & ipse laudat Dominus. Hanc, mi frater posside, & delectaberis in Domino tuo, ad pedes eius sedēs, ipsique soli vacans, atque adherens, vt confidenter dicere queas, & tu: Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua.] Si autem vacatio motione potior est, quia hæc propter illam, experitur, non dubium, quin vita contemplatiua sit, quàm actiuæ perfectior. Est etiam vita contemplatiua secundū diuinā, actiuā verò secundū humana. Vnde Augustinus. In principio erat verbum.] Ecce quod Maria audiebat.] Verbum caro factum est.] Ecce cui Martha ministrabat.] Diuina autem humanis præferēda sūt, & in primo, & præcipuo loco collocanda. Est denique ista vita Domini ore laudata, & actiuæ prælatā, quod sanè, vel vnū sufficit, vt eā præstatiōrē censeamus Maria) dicit ipsa veritas, quæ falli nō potest.] id est, vita cōtemplatiua, optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eā.] Non tu malam, o Martha (inquit Augustinus) sed illa meliorem. Sed vnde meliorem? Quia tu circa multa; illa circa vnum. Præponitur vnum multis: Nō enim à multis vnum, sed multa ab vno.] Et Ioannes Cassianus, hunc eundem locum copiosè tractans. Videtis (ait) principale bonū in theoria sola, id est, in contemplatione diuina Dominum possuisse. Vnde ceteras virtutes, licet necessarias, & viles pronunciamus, secundo tamen gradu censendas esse decernimus: Quia vniuersa huius vnus parantur obtentu. Dicēs enim Dominus: sollicita es, & turbaris erga plurima; paucis verò opus est, aut etiam vno.] summum bonum, non in actuali, quamuis laudabili opere, & multis fractibus abundant: sed in diuina contemplatione, quæ vere simplex, & vna est, collocavit: paucis opus esse pronuncians ad perfectam beatitudinem, id est, illam theoriam, quæ prius in paucorum seruatur confidatione sanctorum; ad quorum contemplationem conscendens, is, qui adhuc in profectu positus est, ad illud quoque, quod dicitur vnum, id est, Dei solius intuitum, ipso adiunante perueniret, vt scilicet

B vt inhabitē in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Hæc autem rem petendo, quæ est ad Deū pura insolubilisque coniunctio, vniuersa alia vitæ actiuæ ministeria postulabat, quorum præsidio illud vnum tamquam finem assequimur. Est, non in motu, & sollicitudine, sed in quadam quiete, & vacatione consistens. Sicut enim actiuus dicitur: Discurre, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ,] ita cōtemplatiuus inculcatur: vacate, & videte, quoniam suauis est Dominus. Et sanctus Ephrem, aperte fateatur, vitam in quiete postam per Mariā fuisse signatam. Hæc Maria (inquit) quietis exemplar extitit, sedens secus pedes Iesu, ipsique soli adherens: quare, & eam laudauit Dominus dicens: Maria optimā partem elegit, quæ non auferetur ab eā.] Cernis, frater, qualis sit mentis tranquillitas, ac quies, cuius possessorem, & ipse laudat Dominus. Hanc, mi frater posside, & delectaberis in Domino tuo, ad pedes eius sedēs, ipsique soli vacans, atque adherens, vt confidenter dicere queas, & tu: Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua.] Si autem vacatio motione potior est, quia hæc propter illam, experitur, non dubium, quin vita contemplatiua sit, quàm actiuæ perfectior. Est etiam vita contemplatiua secundū diuinā, actiuā verò secundū humana. Vnde Augustinus. In principio erat verbum.] Ecce quod Maria audiebat.] Verbum caro factum est.] Ecce cui Martha ministrabat.] Diuina autem humanis præferēda sūt, & in primo, & præcipuo loco collocanda. Est denique ista vita Domini ore laudata, & actiuæ prælatā, quod sanè, vel vnū sufficit, vt eā præstatiōrē censeamus Maria) dicit ipsa veritas, quæ falli nō potest.] id est, vita cōtemplatiua, optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eā.] Non tu malam, o Martha (inquit Augustinus) sed illa meliorem. Sed vnde meliorem? Quia tu circa multa; illa circa vnum. Præponitur vnum multis: Nō enim à multis vnum, sed multa ab vno.] Et Ioannes Cassianus, hunc eundem locum copiosè tractans. Videtis (ait) principale bonū in theoria sola, id est, in contemplatione diuina Dominum possuisse. Vnde ceteras virtutes, licet necessarias, & viles pronunciamus, secundo tamen gradu censendas esse decernimus: Quia vniuersa huius vnus parantur obtentu. Dicēs enim Dominus: sollicita es, & turbaris erga plurima; paucis verò opus est, aut etiam vno.] summum bonum, non in actuali, quamuis laudabili opere, & multis fractibus abundant: sed in diuina contemplatione, quæ vere simplex, & vna est, collocavit: paucis opus esse pronuncians ad perfectam beatitudinem, id est, illam theoriam, quæ prius in paucorum seruatur confidatione sanctorum; ad quorum contemplationem conscendens, is, qui adhuc in profectu positus est, ad illud quoque, quod dicitur vnum, id est, Dei solius intuitum, ipso adiunante perueniret, vt scilicet

Luce 10. 42.

Psal. 26. 4.

Prov. 6. 4.

Psal. 4. 5.

C Quare non auferetur ab eā.] Cernis, frater, qualis sit mentis tranquillitas, ac quies, cuius possessorem, & ipse laudat Dominus. Hanc, mi frater posside, & delectaberis in Domino tuo, ad pedes eius sedēs, ipsique soli vacans, atque adherens, vt confidenter dicere queas, & tu: Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua.] Si autem vacatio motione potior est, quia hæc propter illam, experitur, non dubium, quin vita contemplatiua sit, quàm actiuæ perfectior. Est etiam vita contemplatiua secundū diuinā, actiuā verò secundū humana. Vnde Augustinus. In principio erat verbum.] Ecce quod Maria audiebat.] Verbum caro factum est.] Ecce cui Martha ministrabat.] Diuina autem humanis præferēda sūt, & in primo, & præcipuo loco collocanda. Est denique ista vita Domini ore laudata, & actiuæ prælatā, quod sanè, vel vnū sufficit, vt eā præstatiōrē censeamus Maria) dicit ipsa veritas, quæ falli nō potest.] id est, vita cōtemplatiua, optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eā.] Non tu malam, o Martha (inquit Augustinus) sed illa meliorem. Sed vnde meliorem? Quia tu circa multa; illa circa vnum. Præponitur vnum multis: Nō enim à multis vnum, sed multa ab vno.] Et Ioannes Cassianus, hunc eundem locum copiosè tractans. Videtis (ait) principale bonū in theoria sola, id est, in contemplatione diuina Dominum possuisse. Vnde ceteras virtutes, licet necessarias, & viles pronunciamus, secundo tamen gradu censendas esse decernimus: Quia vniuersa huius vnus parantur obtentu. Dicēs enim Dominus: sollicita es, & turbaris erga plurima; paucis verò opus est, aut etiam vno.] summum bonum, non in actuali, quamuis laudabili opere, & multis fractibus abundant: sed in diuina contemplatione, quæ vere simplex, & vna est, collocavit: paucis opus esse pronuncians ad perfectam beatitudinem, id est, illam theoriam, quæ prius in paucorum seruatur confidatione sanctorum; ad quorum contemplationem conscendens, is, qui adhuc in profectu positus est, ad illud quoque, quod dicitur vnum, id est, Dei solius intuitum, ipso adiunante perueniret, vt scilicet

Ephrem co patientia, 29. 28. summus. facul. ad finem.

Luce 10. 42.

Psal. 62. 9.

D Est denique ista vita Domini ore laudata, & actiuæ prælatā, quod sanè, vel vnū sufficit, vt eā præstatiōrē censeamus Maria) dicit ipsa veritas, quæ falli nō potest.] id est, vita cōtemplatiua, optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eā.] Non tu malam, o Martha (inquit Augustinus) sed illa meliorem. Sed vnde meliorem? Quia tu circa multa; illa circa vnum. Præponitur vnum multis: Nō enim à multis vnum, sed multa ab vno.] Et Ioannes Cassianus, hunc eundem locum copiosè tractans. Videtis (ait) principale bonū in theoria sola, id est, in contemplatione diuina Dominum possuisse. Vnde ceteras virtutes, licet necessarias, & viles pronunciamus, secundo tamen gradu censendas esse decernimus: Quia vniuersa huius vnus parantur obtentu. Dicēs enim Dominus: sollicita es, & turbaris erga plurima; paucis verò opus est, aut etiam vno.] summum bonum, non in actuali, quamuis laudabili opere, & multis fractibus abundant: sed in diuina contemplatione, quæ vere simplex, & vna est, collocavit: paucis opus esse pronuncians ad perfectam beatitudinem, id est, illam theoriam, quæ prius in paucorum seruatur confidatione sanctorum; ad quorum contemplationem conscendens, is, qui adhuc in profectu positus est, ad illud quoque, quod dicitur vnum, id est, Dei solius intuitum, ipso adiunante perueniret, vt scilicet

Aug. ser. 27. de verbis dom.

Aug. ibid.

Cass. col. 1. c. 8.

E summum bonum, non in actuali, quamuis laudabili opere, & multis fractibus abundant: sed in diuina contemplatione, quæ vere simplex, & vna est, collocavit: paucis opus esse pronuncians ad perfectam beatitudinem, id est, illam theoriam, quæ prius in paucorum seruatur confidatione sanctorum; ad quorum contemplationem conscendens, is, qui adhuc in profectu positus est, ad illud quoque, quod dicitur vnum, id est, Dei solius intuitum, ipso adiunante perueniret, vt scilicet

etiam

etiam Sanctorum actus, ac ministeria mirifica supergressus. solius Dei iam pulchritudine, scientiæque pascatur.] Dominus ergo loquens, & vitam contemplatricem actiue præferens, nullum ambigendi locum reliquit, quin stabile, & fixum habeamus, harum duarum partium contemplatiuam esse meliorem, quæ nos à multitudine abtrahit, in qua turbatio est, & vni scilicet Deo, in quo est summa tranquillitas, principio nostro, finique coniungit.

Cum ergo vita contemplatiua perfectior sit, atque præstantior, non statim à quoquam, (vt diximus) arripienda est: sed post vitam actiuam excolenda, & amplexanda. Nam animus studiosa actione paratus, vitis ac prauis affectionibus emundatus, virtutibus excultus, & ad amorem quietis & tranquillitatis affectus, non temerariè, nec præsumptuosè diuinis mysteriis considerandis, & diligendis se ingerit, & mirificè consideratione, & amore celestium, interiorem auget puritatem. Qui autem absque huiusmodi preparatione, & mentis emundatione in adyta sanctorum arcanorum irrumpit, tantum abest, vt in vita contemplatiua proficiat, quod potius, vt superbus, & arrogans, non sine Domini indignatione, foras eicietur, & cæcitate, ac duritie mentis, tamquam suæ temeritatis pœna mul&abitur.

Quod vita mista est duabus aliis dignitate prior.

CAPVT XXXXII.

MISTA est quidem vitæ contemplatiuæ perfectio, quam tam eximie proprietates illustrant: sed non est maxima eorū graduum vitæ spiritualis, ad quos vir religiosus potest ascendere; Cum maior sit vitæ, mistæ præstantia, atque sublimitas. Cuius splendorem volentes aperire, non, vt inaniter efferamur, sed vt strenuè laborantes, secundum nostram vocationem viuamus; iam in ipso orationis principio succumbimus, & eius status magnitudinè explicare erubescimus, cuius numero tantum, non merito fuimus hæcenus professores: Nisi tu Domine, paruulorum Pater, atque insipientium Doctor, nostrâ erubescentiâ, submoueas, ex vitæ propria tepiditate cœceptam, & calamum, quem reatus conscientia ligat, aliquantula obliuione assidua tepiditatis meæ, & recordatione misericordiae tuæ, ac dulcedine tuæ benignitatis expedias. Sed ne stylus cum timore & cunctatione procedat, illud in primis nosse oportet, cum dicimus vitam mistam esse contemplatiuam potiorem, nos Christum minime habere cõtrarium, perspicuè proclamantem, Mariam typū vtiq; vitæ contemplatiuæ, meliorem partē, aut potius, (vt habet Latina exemplaria) optimam, elegisse. Nā (vt doctè notauit Cardinalis Thomas Caietanus) Martha & Mariæ comparatio, partis cum parte, id est, vitæ actiue, & contemplatiuæ, comparatio est, nõ vitæ contemplatiuæ cum toto, id est, cum vita Apostolica, & mista, collatio. Huius enim Christus in hoc colloquio cum sororibus habito, nullam mentionem fecit quia non erat necessarium. Martha quippe operibus hospitalitatis sollicita, atque turbata, typū vitæ actiue purè gerebat, & Maria secus pedes Domini quiescens, vitæ contemplatiuæ partes agebat. Harum autem duarum partium Mariæ optimam partē elegit; sed ista parte optima multò melius est totum, id est, integra, & perfecta vita Apostolica contemplationem colens, & perfectissimam actionem, atq; om-

Caiet. in
Luce. 10.
c. 21.
181. ar. 1.

nino spiritualem exercens. Saluator ergo noster vitam contemplatiuam, comparatione actiue optimam vocans, actiue prætulit: sed vitæ mistæ amplioris perfectionis priuilegium non ademit.

Et sanè tantum abest, vt in hoc dicto quo vitam mistam contemplatiuæ præferimus, Dominum habeamus aduersarium, quod potius cum exēplo suæ vitæ sanctissimæ, & spiritu veritatis, quo Ecclesie patres afflauit, habemus huius doctrinæ, quæ astruimus, fidelissimū ducem, atq; patronum. Sancti enim patres manifestè in hac sententia sunt, vt cõtēplatiuæ mistam, & vtrūq; opus comprehendente, antepōnāt: quorum aliquos non grauabor in medium adducere. Horum primus sit Hieronymus, illum solum omnino perfectū existimans, qui vtrūq; opus Marthæ atque Mariæ in vnam eandemque viuendi rationem vouerit copulare. Is, (ait) verè: & non ex parte perfectus est, qui, & in eremo squalorem solitudinis, & in cœnobio infirmitates fratrum æquali magnanimitate sustinet. Et ideo in vtraq; professione per omnia consummatum inuenire difficile est: quia nec anachoreta cõtēptum, ac priuationem materialium rerum, nec cœnobita theoricā ad integrum potest assequi puritatem. Similia profus habet Cassianus, hæc statim subdit. Qui ita erant in vtraque professione perfecti, vt cum, vltra omnes eremi accolæ secedentes, insatiabiliter secreto solitudinis pascerentur, quantumq; in ipsis erat, nequam in quærent humana consortia: tamen ita frequentia ac fragilitatem ad se concurrentium sustinebant, vt cum ad eos visitationis, vel perfectus gratia, innumera fratrum multitudo conflueret, tam iugem penè susceptionis inquietudinem immobili paciētia tolerant, nihil aliud, vel didicisse, vel exercuisse omnium vitæ suæ tempore crederentur, quam, vt communibus tantum aduenientium officiis deseruissent. Atque ex his duobus patribus solum habemus illā omnimodam secessionem, quæ puri contemplatiui omnia humana deserunt, & sibi solis in perpetua quadā tranquillitate cõsulant, non esse vitam Ecclesie (si rerum naturā inspiciamus) vsquequaq; perfectā: sed illā potius, quæ actioni, & contemplationi vacat: & vt proximis etiam sit utilis, simul cum perfecta cõtēplatione, curam etiā rerū humanarū, aut potius diuinarum ad proximos pertinentium amplectitur.

Sed multò clariùs & euidentius loquitur Augustinus, statum clericale monachorum professioni præferens; in quo & vitam mistam (quæ clericorum est, vt supra diximus, præsertim regularium) vitæ monachorum, id est, contemplatiuæ præponit. Vnde in epistola ad Aurelium, quoddam vulgare & insipientium dictum deplorans, quod malus monachus bonus clericus est, hæc factissimus Pater verba subiecit. Nimis dolendum, si ad tam ruinosa superbiam monachos surrigamus, & tam graui cõtēplatiuæ clericos dignos putemus, in quorum numero sumus, cum aliquando etiam bonus monachus vix bonum clericum faciat, si adit ei sufficiens cõtēplatiuæ, & tamen desit instructio necessaria, aut personæ regularis integritas. Et rursus in alia epistola ad Valerium. Cogitet religiosa prudētia tua, nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore, difficilius, laboriosius, periculosius Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, sed apud Deū nihil bearius, si eo modo militetur, quo noster Imperator iubet. Ex his certe locis, non id colligimus (quod Thomas verat) Ita-

Hier. in
conf. c. 3.
n. illud.
Bonum est
viro c. 1.

Asia.
1. 19. c. 9.

Aug. epist.
76.

Aug. epist.
138.

D. Th. 2.
2. q. 184.
art. 8.

tum simplicium clericorum, aut curam animarum habentium, statui religiosum esse preferendum. Illi enim, non consecrant totam vitam suam saluti animarum, sicut isti totam vitam suam studio perfectionis dedicant. Sed illud sine dubio colligendum est, vitam religiosam, non tantum contemplationi, sed etiam proximorum profectibus consecratam, multo praestantiorem esse ea, quae soli contemplationi vacans, proprium dumtaxat profectum, & perfectionem exquirat. Nam illa ultra professionem contemplativorum, ex instituto ministeria clericorum includit, atque adeo duplicem habet religionis & clericatus laudem, quorum illa paupertatem, castitatem, & obedientiam profectetur, & mentem his votis a rebus terrenis solutam, in caelestium contemplationem affert; & isti, pro instituti ratione Ecclesiastica ministeria tractat, & salutem animarum, non profectio tantum & quasi aliud agens, sed ut proprium munus, ab Ecclesia sibi demandatum, exequitur.

Chryf. li. 6. de sacerdotio.

Chryostomus vero adhuc apertius hanc maiorem vitam multae perfectionem ostendit, non iam statum sacerdotis, hoc est, Episcopi (nam de hoc solum agit) statui monachorum praeponebat, in quo multas est, & mirum in modum illius supra itum praestantiam, & dignitatem exponit, sed religiosum curam animarum vacantem, religioso solitatio preferens. Proinde ait) ne monachum quidem magnopere, ac supra modum admirabimur quod is apud te vivens, neque commoveatur, neque in multa, aut magna peccata prolaboratur. Neque enim ei res illae ad sunt, quibus ipse animo irretitur, extimuleturque. Sine vero quis se ipse turbis vniuersis tradiderit, ac multorum delicta hominum ferre coactus cum esset, inconcussus immotusque persisteret, animum ipsum, vel tempestate actum, tamquam in malacia ac tranquillitate gubernans; hic vero dignus est quem omnes plautu, atque admiratione profectantur: abunde enim suae ille virtutis periculum fecerit. Sic ille monachum ministeria Ecclesiastica agentem, monacho solitario praefert, & merito quidem, nam (ut paulo superius dixi) qui intra portum ad gubernaculi regimen assidet, is non continuo sufficiens artis periculum praebet, sed qui in medio mari nauem, saeuiente tempestate seruare potuit, is optimus gubernator reputatur.

Bern. ser. in natal. s. Ioann. Bap. 11.

At Bernardus eleganter, ut solet, & breuiter huius vitam multae praestantiam ingenue fatetur. Est (inquit) tantum lucere, vanum; tantum ardere, parum; ardere, & lucere, perfectum. Illi lucet, qui ex praedicationis ministerio, auram solum popularem captant, & non Dei gloriae, sed propriae ambitioni seruire student. Hoc autem vanum est. Nam quid inanis, quam ex tam sanctis ac praestantibus laboribus, non fructum praemij caelestis decerpere, sed inanis gloriae, & insipientis laudationis ventum aucupare. Illi ardent, qui sibi soli vacant, & contemplationi se tradunt, & sola cordis proprii puritate contenti, aliis doctrinae non profunt. Et hoc parum est. Sancta enim rusticitas sibi soli prodest, quae nullo modo potest cum illius sanctitatis opulentia conferri, cuius tam eximia opes sunt, ut habeat unde abunde sibi provideat, & unde in alios sine sui detrimento doctrinae diuitias effundat. Illi vero ardent, & lucet, qui in similitudinem solis splendorem igneam, & ardorem splendidum habent. Qui ardore charitatis se ipsos supra omnia creata efferunt, & Deo Creatori intellectui, & affectu se copulant, & luce doctrinae proximis docent, ac vitis liberatos in viam virtutis adducunt. Sed hoc sane perfectum est. Nam sicut natura, non pueris, sed perfectis hominibus, desiderium posterita-

vis iniecit, & generandi dedit facultatem, & ut in libro regum dicitur: Ista est lex Adam, ut scilicet, homo prolis generandae curam habeat, & prout mortali possibile est, suae immortalitati, ac perpetuitati profectiat: Ita gratia, non virtute pusillus, & adhuc in virtute tenellis, sed magnis, atque plane perfectis, sobolis spiritualis desideria, & filiorum in Christo generandorum facultatem impersit. Atque alio loco idem Bernardus, solitarium, mulierem vocat, & ministeriis Ecclesiasticis occupatum, virum, non quemlibet, sed fortem & bellatorem appellat. Temerarie (inquit) obiurgat virum de praedio reuertentem mulier nens in domo. Dico enim, si, is, qui de claustro est, eum, qui versatur in populo, interdum minus districte, minusve circumspecte sese agere deprehenderit, verbi gratia, in verbo, in cibo, in somno, in risu, in ira, in iudicio, non ad iudicandum confestim prosiliat, sed meminerit scriptum, Melior est iniquitas viri, quam bene faciens mulier. Nam tu quidem in tui custodia vigilans, bene facis, sed qui iuvat multos, & melius facit, & vtilius. Quod si implere non sufficit absque aliqua iniquitate, id est, absque quadam inaequalitate vitae, & conuersationis suae, memento, quia charitas operit multitudinem peccatorum. His titulis vir vere sanctus, & sapiens vnus vitae dignitatem, & alterius robur, & perfectionem significat. Vita quippe contemplatiua sola, instar est mulieris delicatae, suam curantis internam pulchritudinem; at vita mixta est tamquam viri, cui nec minor solet inesse pulchritudinis decor; sed multo maior fortitudo, quae pulchritudini admitta, multo rarior, praestantior, ac perfectior existit.

2. Reg. 7. 20.

Bern. ser. 12. in ca.

Exod. 4. 2. 14.

Accedat nunc Innocentij tertij sententia, qui (ut Ecclesiae supremum caput loquens) errare non potuit. Sic ille ait. Sicut maius bonum minori bono praeponebitur, ita communis utilitas specialis utilitati praefertur. Et in hoc casu recte praeponebitur doctrinae silentio, sollicitudo contemplationi, & labor quieti. Et certum est eum de illa sollicitudine atque de illo labore agere, qui sacerdotis est in curam animarum incumbentis, illius nimirum, qui contemplata tradit, & ad actionem ex contemplatione procedit. Iste enim labor quietis perfectionem habens, & sollicitudinis tantum necessaria, atque vtilis bonitatem adiciens, non potest non esse melior, aut quiete sola, aut labore solo, quae adiuuicem separata, nec tam mirabilem nobilitatem continent, nec tantum Ecclesiae profectiunt. Hoc est ergo maius bonum, quod minori bono praefertur; ita contemplationem diuinorum sectari, ut diuinae lucis fructus in nobis non listat, sed in doctrinam conuersus, & in exhortationem commutatus, postquam nos exatiauertit, ad proximos sitientes perueniat. Quod perfectae contemplationi non obstat, imo ex ea, tantum qua ex causa exortit, his verbis docet Bernardus. Hoc siquidem vera, & casta contemplatio habet, ut mentem qua diuino igne vehementer succenderit, tanto interdum repleat zelo, & desiderio, acquirendi Deo, qui eum similiter diligant, ut otium contemplationis, pro studio praedicationis libentissime intermitterat: & rursu potita votis, aliquatenus in hac parte, tanto ardentius redeat in id ipsum, quanto se fructuosius intermittere meminerit, & item supra contemplationis gustu valentius ad conquirenda luera, solita alacritate, recurrat. Magna re vera est vita haec perfectionem contemplationis continens, & ex illa ad Apostolicas actiones ardore charitatis incitante, descendens. Merito vocatur communis utilitas vsui particulari praefata, si quidem, & habentem virtutibus, & luce caelitus emissa decorat, & in Ecclesia lucendo, & ad virtutes, quas experientia nouit, exhortando fructificat.

Licet de regularibus

Bern. ser. 17. in ca.

in c. 3. ad m. 8. Cr.

a. c. 9.

iff.

iff.

D. Tho. 2.
2. q. 188.
art. 6.

Anton.

Psal. 92.
4.

Anton.
supra.

Nec silentio committenda est Thomæ Aquinatis auctoritas, quin potius eò pluris æstimanda, quò res Theologicas exquisitiùs & vtiùs pertractauit, & ad scholasticos gnomones vniuersa distinxit. Is itaque religionum perfectione expendens, eam priorem dignitate, ac excellentiorem existimat, quæ ex plenitudine contemplationis ad opus doctrinæ, ac prædicationis progreditur. Sicut enim (inquit) maius est illuminare, quam lucere; ita maius est contemplata aliis tradere, quam solum contemplari. Cui cõsentit Antoninus Florentiæ Archiepiscopus, perspicuè tradens vitam mistam esse cõtemplatiua præstantiore, quam putat illo Davidis versu descriptam. Labia mea laudabunt te. Nã laudatur Deus labiis oris, admonedo & prædicando, quod in vita actiua primũ, atq; præcipuũ tenet locum; & laudatur Deus labiis oris, & cordis, in oratione, dũ cogitationibus, & affectibus coniungimur Deo, quod in vita contemplatiua obtinet principatũ. Affirmat etiã hæc vitã ab ipso Davide fuisse complexam, cum interdum populum sibi subiectum regebat, & interdum contemplatione celestiu, & Psalmoru se cantibus oblectabat. At vita mista huius sancti regis, nullo modo potest (si solas rerũ naturas inspicimus) cum vita religiosorum mistorum cõferri; quoniam istorum institutum vitæ illius in contemplatione par est, & in actione longè superat. Est quidem in contemplatione par, quia, quæ illa contemplabatur, eadem mysteria ista cõsiderat, licet in hoc sit multò felicior, quòd gesta iam nostræ redemptionis arcana inspicit, quæ vita Davidis solũ inspiciebat futura. Sed est in actione superior; quoniam illa rempublicam temporalem gubernabat, & bella aduersus Allophylos temporalia gerebat; hæc verò Christi spiritualem rempublicam regit, panem verbi Dei distribuit, sacramenta ministrat, negotia spiritualia tractat, & bella aduersus inuisibiles potestates exercet. Proluxum sanè esset, & terminos huius tractationis excedens, Doctorum Scholasticoru turbam in medium asserre, qui vitam mistam super alias partes vitæ spiritualis extollunt. Quare patres iam citati sufficiant, qui cum Spiritu Christi docente (vt piè credimus) loquuti sint, certum apparet Christum Doctorem veritatis per suos seruos, & nuncios attestari vitam mistam præstantissimam esse vitam Ecclesiæ, & inter spirituales vitas, primam, ac præcipuam sedem obtinere.

Sed quis dubitet vitam Christi Saluatoris, quam ipse adamauit, quam ipse coluit, quam veluti in dulcissimam sponam accepit, esse in suo genere præstantissimam, ac dignam planè, vt Deus ipse in terris visus, & cũ hominibus conuersatus eam sibi amore iuxerit, & operatione copulauerit? Hæc autem non est alia, quam vita mista, vt Antoninus intrepidè ait. Hæc ipse opere tenuit, & actionibus exercuit; hanc Mariã genitricem suam habere voluit; hanc Apostolos docuit, & præstare mandauit; hanc etiam Episcopis, & Apostolicis viris, quasi testamẽto reliquit. Ipse profecto vitam mistam egit nostra mortalitate circumdata, cuius, vt hominibus perfectissimum se exhiberet exemplar, iam pertranstibat, beneficiendo, & sanando omnes oppressos à Diabolo; iam in desertum secedebat, & pernoctabat in oratione Dei; iam quæ rebat turbas, vt eis beneficia conferret, & verba vitæ tribueret; iã dimissa turba ascendebat in montem, vt solus, & ab hominibus sequestratus orationi se traderet. Et quemadmodũ sol per diem nos illuminat, & radiis lucis suæ, ac calore huius hemisphærij corpora fouet: nocte autè discedit, & se à nobis abscondit, non vt otiosus maneat, sed vt oppositis, & in alio mundi tractatu viuicibus splendeat: ita Christus, ve-

A nus iustitiæ sol, in die hominibus doctrinæ suæ splendore lucebat, & eos beneficiorũ calore fouebat, nocte verò in montibus, & locis solitariis delitescens, à mortalibus se subtraherebat, vt cum æterno Patre nostra negotia peragès, Angelos orbis illius immortales incolas orando, reuerentiã & amorem erga Patrem doceret, & sua præsentia exhilararet. Hanc igitur fuisse Christi Saluatoris vitam, Gregorius manifestè perscripsit. Quodam enim loco, ait, Humanis generis Redemptor per diem miracula vrbibus exhibet, & ad orationis studium in monte pernoctat, vt perfectis, videlicet Prædicatoribus, innuat, quatenus nec actiua vitam amore speculationis funditus deserat, nec contemplationis gaudia penitus operationis nimierate contemnant, sed quietè contemplantes forbeant, quod occupari erga proximos loquētes refudant. Et alio loco, inquit, Ipsa veritas per susceptionem nostræ humanitatis ostensa nobis, in nocte orationi inhæret, miracula in vrbibus exercet: imitationis videlicet viã bonis rectoribus sternens, vt & si iã summa contemplanando appetat, necessitatibus tamè infirmantium compatiendo misceantur, quia tunc ad alta charitas mirabiliter surgit, cum ad ima proximo se misericorditer attrahit, & cum benignè descendit ad infima, valèter recurrit ad summa. Et optime. Nam istas vicissitudines orandi & agendi suscipiebat illa summa maiestas, non quia ille, qui ab initio conceptionis suæ beatus erat, vel ad momentum in actione à cellissimã contemplatione, vel à præsentia sui Patris discederet; sed vt nobis mortalibus ad ministris suis perfectissimã vitã ostenderet, quæ in hoc certè posita est, vt à Deo ad proximos per compassionem descendamus; & à proximis ad Deum per cõtemplationem, & charitatis affectum ascendamus.

Ex eo autem, quòd Redemptor noster numquam suæ diuinæ naturæ contemplationem deseruit, non sequitur, quòd solam vitam contemplatiuam coluit, & vitam mistam non tenuit; quin potius ob eandem rationem fuit, non tantum vitæ mistæ cultor, verum eius quoque perfectum ac consummatum exemplar. Quoniam vita ista actiones quidem salutis animarum necessarias exequitur, at intermissionem contemplationis nõ postulat, sed eam in nobis mortalibus, & imbecillibus benignè & æquanimiter sustinet, & quia aliud non datur, est vicissitudine contemplationis, actionisque contenta. Ac ideo illi perfectius huius vitæ munera præstãt, qui inter ipsas studiosas occupationes, minus internam tranquillitatem perdunt, & magis orationes ignitas, & diuinam præsentiam frequentant. Quòd si aliquis ita esset diuinis assuetus, vt prædicando, & docendo, & peccata expiando, numquam à Dei præsentia discederet, iste multò magis esset in vita mista perfectus. Imò iste est verus, & absolutus mistus, qui vno eodèque tempore actione orationi copular, & oratione contemplationi miscet: & ita orat, vt actione non deserat, & ita laborat, vt tamen exercitia interna nõ omittat. Quamobrem Christus, numquam secundũ animam à perfectissimã (supra quã dici, aut excogitari possit) cõtemplatione discedens, quia simul nostræ salutis curã egit, & turbis circumfluētib; se medicum, & doctorem exhibuit, non vitam solam cõtemplatiuam, sed mistam, & illam perfectissimã, pro nostro exẽplo, & emolumento suscepit. Huius ergo vitæ Christum Redemptorem nostrum habemus ducem, & antesignanum, & quidem (vt nobis videtur non solũ in terris nobiscum manentem, sed etiam (quod magis est) in celos euntem, & ad dexterã Patris sedentẽ. Nam ita ascendit, vt nobiscum manserit, & ita mansit, vt qui secundum diuinam naturam vbi-

Greg. 6.
mor. c. 17.

Item 2.
passus.

que

1. Ioann. 2. 1.

Bern. ser. 23. in Cant.

6. 2. 17.

2. 15.

que est, secundum humanam etiam caelos sua praesentia repleverit. Ita est ad dexteram Patris, ut tamē ibi interpellat pro nobis. Hoc ipso monstrans, quod ita gerit manus beati ad contemplationē pertinens, ut munus aduocati non reliquerit, ad actionem spectās. Denique aduocati habemus apud Patrē Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.] Oportet itaque, spōlam (ut Bernardus egregiē scripsit) sponsum suum imitari, & petentem nimirum caelos, & nihilominus in terris, cū suis se fore vsque ad consummationem saeculi pollicentē. Sic & ista, quantumuis proficiat, quantumlibet promoveatur, cura, prouidentia, atque effectu, ab eis quos in Euangelio genuit numquam amouetur, numquam sua viscera obliuiscitur.] Excellentissima sanē vita, quam Christus, & mortalitate circumdatus, & immortalitate vestitus, quasi in sponfam accepit, opere excoluit, actione docuit, exemplo monstrauit.

At Deiparam virginē hāc eandā vitā, & dilexifse, & opere praestitisse nō solus ardēs amor in filiū, & perfectissima eius imitatio, verū etiā ipsius nomina, quibus ab Ecclesia insignitur, ipsius opera, quibus tāquā pretiosis gemis est eius vita contexta, & ipsius filij, & serui, magni Doctores Ecclesiae, satis testati faciunt. Nomina enim ei ab Ecclesia, & patribus attributa, si rebus vacua nō sunt, sicut re vera nō sunt, quādā contemplationis sublimitatem, quādā actionis perfectionem, & alia vtriusque operis missionē, designāt. Longum esset, & praeter nostrum institutū vniuersa recēdere, quae sūt penē innumera, sed aliqua in huius veritatis cōfirmationē non praeteribo. Haec nomina perfectionem actionis declarāt, Mater, Domina, Regina, Hera, Aduocata, atque virtutū operatrix. Mater namque piissima filiorū suorum (qui omnes peccatores sumus) sollicitudinē habet. Domina, seruis necessaria ministrat. Regina, aulicos suos, subiectosq; defendit. Hera, famulis, ac famulabus iusta imperat. Aduocata, egenorum patrocinū suscipit, & virtutū Operatrix, vniuersarum virtutū exemplam praebet. Haec verō altitudinem cōtemplationis ostēdunt. Halma hoc est puella abscondita, & a cōfortio, ac cōspectu virorum, segregata, Virginum Magistra, Lumē, Princeps, atque Exemplar, Caelū, Domus, ac Tabernaculum Dei, Templum Deitatis, & Tricliniū Trinitatis. Quare enim ab hominū cōspectu seclusa, degebat, nisi vt Dei oculis tota pulchra & formosa appareret? Quare virgo, nisi vt Verbum carnē factū pariens, ei tamquam mater ad hareret? Quare caelū nisi, vt caelorum munus, nimirum perpetua laudatio, eius cor iugiter occuparet? Quare Domus Dei, nisi vt ignitis desiderijs eius praesentiā affectaret? Quare templum Deitatis, nisi, vt in seipsa Deitate purissimē coleret? Quare Triclinium Trinitatis, nisi vt tribus virtutibus, fide inconcussa, spe certa, & charitate illibata, tamquam tribus mensis optimē preparatis, ad se totam Trinitatem alliceret? Haec tandem vtriusq; vitae in vnam copulatā missionē exponūt. Illuminatrix stella, columba, ianua caelorum, scala caeli, & totius religionis nostrae magistra. Illuminatrix enim, prius a Deo illuminata est, quam nos caecos & ignaros illuminet. Stella prius a sole lumē accepit, quam huius mundi mare tranantibus, portū salutis demonstreret. Columba, antea comparem suum dilectionis astringit amplexibus, quam adoptionis filios effūdāt. Ianua caelorum, sicut, & aliis ingressum, & egressum pandit, ita & sibi prior, & diligentior assumit. Scala caeli, & ascensum ad Deum, & descensum ad proximos praebet. Et demum religionis magistra, prius secus pedes Domini didicit, quod alios erat verbo doctura. Et haec quidem quantum ad nomina.

A Opera autem multo clariū aperiunt Mariam fuisse vitae mitae culticē. Nam si eam, vt vitae cōtemplatiuae deditam aspiciamus, ostentabit se nobis, nō iā, vt caelestis tantūm creatura, sed tamquam prima quaedam, & perfectissima cōtemplationis idea. Mundi tumultus ipsa cōstantissimē fugiebat, saeculo, ac eius curis defuncta viuebat, diebus & noctibus, orationi & precibus incumbere, & loca sacra respersa Redemptoris sanguine amabat, in carne, sed ac si esset sine carne, vitae suae annos transigebat. Hoc vnum illi erat institutum desiderijs, gemitibus, ac suspirijs ad caelestia tendere, cum angelis, atque omnibus alijs caelestibus conuersari; Scripturarū lectione, & sacris studijs animum pascere: Christi Iesu vitam meditari; doctrinam euoluere, crucem adorare, cruenta vulnera, & acerbam mortem desferre, gloriam eius cōtemplando exultare. Vacabat illa, & videbat, quoniam filius eius est Deus, vidēs accēdebatur amore, succensa liquefiebat, liquefacta immergebatur, immersa rapiebat, rapta transformabatur, & transformata, nō iam vitam humanā, sed planē caelestem, & Deo (vt creatura conceditur) quā millimam agebat. Si autem, vt animarū salutī vacatē contempleremur, apparebit iam nobis, vt omnium Apostolorum, & Apostolicorum virorum exemplar. Nō in antris, aut in speluncis (quod certē bonum est) sed in medijs populis, habitationis suae locum constituit, (quod factum est affectu amplioris charitatis est melius) vt tamquam luna plena, & nullum vquam defectum patiens, fidelibus exemplo & verbo luceret: egenis & pauperibus assidebat illa, quacum sunt diuitiae, & gloria, opes superbae, & iustitia,] vt opum suarum illis partē, sine vlla sua imminutione tribueret. Inter virgines, & viduas habitabat, quo & illis doctrinam puritatis, & istis consolationis affectum daret: feruentissima precatione, verbis, scriptis, & Apostolorū ministerio labantes erexit, stantes confirmauit, iacentes sustulit, contritos curauit, desides animauit, aegrotis opem tulit. Quid plura? Vniuersorum fidelium fuit consiliatrix, procerum Ecclesiae doctrix, mysteriorum filij Dei explicatrix, ac totius militantis Ecclesiae columna firmissima.

Sapienter ergo huius Virginis serui, nostri autem Doctores de ea, nunc quae cōtemplatiuae vitae, nunc ea, quae actiuae sunt, praedicant, quia re vera in vtraque omnes excelluit, & in vnum, idēque institutum vtramque coniunxit. Hildelphonus Toletanus Antistes ait; eam multo melius, quam Magdalenam ad pedes Domini consedisse, & verba eius ardentius auscultasse: Guericus ineffabilem voluptatem percepsisse, ex cōsideratione eius mysterij, quod Christus sic Deus, quia super omnes puras creaturas magis amauit. Dionysius Richelius post glorificationem filij, multo, verius saeculum illi viluisse, & caelestibus intentius inhiasse. Rupertus, eam sicut sacrificij adipem igne amoris fuisse liquefactam, quoties Christi mysteria cogitabat. Tandem Sophronius, amorem Christi, Mariae desiderium peperisse, desiderium verō nouos ardores reparasse, adeo, vt omnia mente relinqueret, & seipsam etiam in extases rapta transcenderet. Ista munia sunt vitae cōtemplatiuae. De actiua verō, Bernardus ait: Mariam melius, quam alios, tamquam magis edoctam, Euangelij mysteria referasse. Eusebius, vt ipsa docente, narrante, & annūciante verba Euangelij scriberentur, ea omnia conseruasse, & in corde suo contulisse. Rupertus, tenuisse illam tempus tacendi, ante Christi filij sui ascensionem in caelum, & post illam tempus loquēdi illi aduenisse. Antoninus demum, & sapiens idiota, vt

Prouer. 8. 18.

Hildelphonus, ser. de assupe.

Gueric. ser. 14. Assumpt. Richel. li. 2. de statu de Virg. or. vlt. Rupert. in Cant. c. 5. Siphro. ser. de assumptione.

Bern. ser. 4. in Miss. est.

Rupert. in Matt. c. 2.

T virginis

Anton. 4.
p. 15.
c.
Idiota in
lib. con-
temp. c. 3.

virginis vitam Apostolicam astruat, eam doctricem doctorum, ac Apostolorum magistram appellat. Optime ergo, & vere beate Virginis vita vocatur mixta, quae ita contemplationem habuit, ut actione fidelibus utilem non omiserit; & ita actionem istam implenit, ut tamen nunquam a perfectissima contemplatione discesserit.

Ahor. 6.
2.

Iam de sanctis Apostolis, non est cur multa dicamus, cum ipsi aperte fateantur se esse vitae mixtae professores. Non est aequum (aiunt) nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis, considerate viros, quos colitiamus super hoc opus; Nos vero orationi & ministerio verbi instantes erimus. Pulchre sane: Ad hoc enim Apostoli orationi intēdebāt, ut se ipsos in amore conditoris accenderent, & ad verbi praedicationem pararet, quia praedicatione minime orationis, & meditationis sale condita, nec fructu percipit, nec efficaciam habet, & distortae intentionis incursum, ac inanis gloriae flatibus prodit exposita. Omnibus etiam Apostolis illud Pauli certissime congruit: siue mente excedimus Deo; siue sobrii sumus, vobis.]

1. Corin. 5. 13.

Quoniam haec duo ad Apostolicam vitam pertinent; & amoris diuini ebrietas, quae sobrietatem fraternae charitatis non auferat; & misericors ac benigna sobrietas, quae ebrietatem contemplationis non tollat. Apostolici autem viri, quales sunt Pontifices, Praelati Doctores, & qui quoquo modo animarum salutem curant, si in Apostolorum munus successerunt; si Apostolorum, aut dignitate, aut onus susceperunt; si Apostolorum artem tractandam didicerunt. Apostolicam vitam imitentur, necesse est, ex contemplatione, & proximorum ministeriis contextam, quia quaelibet ars tunc sine errore exercetur, cum iuxta praescriptum in eadem arte peritissimorum ipsius praecipua, ac documenta tractantur. Sicut ergo naturalis vita perfectius viget in capite, quam in pede, & quod membra sunt nobiliora, eodem praestantius vitam vitam participat; ita vita spiritualis mixta, propria capitis Ecclesiae, Christi, propria reginae Ecclesiae, Beatae Virginis, propria principum, Apostolorum Ecclesiae, propria denique procerum Ecclesiae, Apostolicorum virorum perfectior, atque praestantior erit ex sua natura, aut vita actiua pura, aut vita contemplatiua sola, quas inferiora Ecclesiae membra pro sui status ratione proficiunt, & alij fideles non ad iubendum, nec ac docendum, sed ad parendum, & discendum vocati, sectantur.

De eadem perfectione vitae mixtae.

C A P V T XLIII.



LIA multa sunt, quae vitae mixtae praestantia super alias vitas spirituales patefaciunt, & quidem totae, ac tanta, ut non possint breui sermone explicari. Quamobrem, ea in postremum huius operis tractatum, de curanda salute animarum agere, referuimus paucis exceptis, quae hic subiiciemus, ut huic tractationi, iam admodum prolixae finem imponant. Illud autem possit sufficere ad hanc summam, & absolutam dignitatem declarandam, quod vita mixta non vnam tantum perfectionem, sed omnem prorsus vitae actiuae, & contemplatiuae perfectionem comprehendit. Quare, sicut homo constans ex animo & corpore, perfectior est, animo solo, aut corpore seorsum accepto, nam si animum cogites, supra illum habet naturam, & sensus corporis per se satis pulchros, atque perfectos, & si corpus consideres, supra ipsum constat substantia animae spiritualis, immortalis, &

A) quasi diuina: Ita vita haec praestantior est, aut vitae actiuae, aut vita contemplatiuae, separatim acceptis, quoniam actioni contemplationis ardorem adicit, & contemplationi actionis fructum, & utilitatem addicit. Est itaque hoc discrimen inter vitam mixtam ex vna parte, & vitam actiuam, aut contemplatiuam ex alia, quod est inter totum, & partem, inter regnum, & urbem, inter ciuitatem, & familiam, inter thesaurum, & gemmam: inter manticam, & monetam: ac inter vniuersum orbem, & vnicum elementum.

B) At fat scio, quid es modò dicturus. Dices enim, quod sicut melior & pretiosior est gleba auri fulgentissimi, atque purissimi, cui nullum est extraneum metallum admixtum, quam si ei aliquid plumbi, vel aëris, vel argenti misceretur, ita nobilior est, atque praestantior, vita purae contemplatiuae, solum sapientiae splendorem, & charitatis ardorem habes, quam si rerum humanarum sollicitudinibus, & proximorum curis offuscetur. Haec enim sunt instar plumbi, vel aëris, aut certe instar argenti, quae mentem nostram deprimunt, & inter homines sonant, & aliquid valoris censentur, at nullo modo possunt cum pretio auri, id est, purissimae charitatis conferri. Nihil sane obici potuit, quod clarior, & euidens est magnitudinem vitae mixtae, atque praestantiam enuclearet. Istis namque tam eximie indurpae contemplationis, & continuae charitatis amatoribus, illud cuiusdam fratris exemplum volumus ad memoriam reuocare, qui, cum quibusdam fratribus insultaret, quod operaretur cibum, qui periret, & se illis tamquam semper orantem, & contemplantem praeronebat, ab Abbate Syluano dictum est: Tu homo spiritualis es, & non habes necesse hanc escam (cibum enim quotidianum postulabat) nos autem tamquam carnales laboramus, ut escam corpori necessariam coparemus. [Qua oratione illum superbae ignorantiae obiurgauit, quod nec saltem propria experientia didicisset, hominem corruptibili carne circumdatum, non posse semper cum Angelis conuersari, & sine vlla interruptione, studio orationis, & contemplationis inhaerere. Hoc ergo statuamus, vitam perpetuae contemplationis, & continuo ardori charitatis addictam, esse vitam caelestem, quae verò in terris, & in carne mortali agitur, quantumuis contemplatiua, & solitaria sit, debere aliqua externa actione, & aliquo labore corporis interrumpi. Quod, & naturae nostrae, & perfectioni huius vitae congruit,

C) & sanctissimo omnium Ecclesiae instituto nequaquam repugnat, conuenit quidem humanae naturae, quoniam (ut praclare dixit Basilius) si essemus extra corpus constituti, necessitate solo tantum animo optima ac praeclearissima quaeque sequeremur: Verum, quia ex duplici natura constamus, duplex virtutis quoque esse studium debet, idque cum strenuitate corporis, tum animi etiam industria exerceri. Porro strenuitas corporis, non in otio posita est, sed in negotio.] Et haec sane verissime. Si enim Dominus, non solum animam dedit homini, sed etiam corpus, & ex variis partibus, ac membris compositum, manifestum est, quia non solus animae, sed etiam corporis poscit famulatus, & seruitutis obsequia. Sicut autem anima, fide, spe, charitate, contemplatione, & aliis affectibus internis obsecundat, ita corpus, labore, discursibus, laudatione, & praedicationis ministerio, & aliis actibus exterioribus seruit. Non ergo repugnat summae perfectioni naturae nostrae. Quam in hac vita potest adipisci, si exteriorem aliquam administrationem suscipiat, qua contemplationem, & functiones internas interpellat.

D) Conuenit etiam perfectioni huius vitae, quae non beatorum est, sed hominum corruptibilium in caelum tendentium, & carnem suam in aeternam patriam

Basilius
conf. mo-
nast. c. 5.

gestatium. Quod si, quamdiu hic viuimus, corrupti-
biles sumus, non possumus, saltem cura corporis
eximi, & ad minus pro eius incolumitate seruada ali-
qua exercitatione corporali distendi. Si in cœlum tē-
dimus, tendat animus, tēdat & corpus necesse est, il-
le contemplando, & amando, istud laborando, & ali-
quod bonum externum operando. Nam gressus ani-
mi, affectus sunt, gressus autē corporis, non est otio-
sitas, & inertia, sed sancti, vtilesq; labores. Si in ter-
ram viuentiū carnem nostram, tamquam animi pe-
dissequam, & cooperatricem gestamus, æquū est re-
vera, vt ipsa aliquid operetur, aliquid faciat, & ani-
mo in expugnatione mansionum lupernarum colla-
boret. Cassianus certē, & ipse solitarius adēdū putat
laborem externum omnibus eremitis quoque esse
necessarium, vt sine illo, à quoquam perfectionem
adipisci non putet. Vnde enarrās Pauli probatissimi
patris historiam, per totum annum instantissimē la-
borantis, & ad finem anni, quæ laborauerat, quia
commodē vendi non poterant, concremantis, hac
sententia, notatione dignissima, narrationem con-
cludit. In tantum probans, sine opere manuum, nec
in loco posse monachum perdurare, nec ad perfe-
ctionis culmē aliquando cōscēdere, vt, cum hoc fieri
(id est, onus laboris suscipere) nequaquam necessitas
victus exigeret, pro sola purgatione cordis, & cogi-
tationum soliditate, ac perseuerantia cella, vel acci-
dia ipsius victoria, & expugnatione perficeret.]
Quin & Augustinus, atque Thomas Aquinas docēt
orationem in desiderio quidem debere esse diurnam,
in se autem ipsa esse non posse cōtinuam, quia
necesse est aliis operibus occupari. Necesse, inquam,
quia vel ad alias occupationes, aut status obligatio
constringit, aut lex charitatis mittit, aut certē ipsa
fragilitas carnis impellit. Quibus resistere, & semper
orationi, & cōtemplationi se tradere, aut esset aperta
iniustitia, aut patens negligentia, aut manifesta
temeritas, non quidem quia malum sit orare, aut cō-
templari, sed quia malum est leges iustitiæ, charita-
tisq; contemnerē, & homines se esse homines, id
est, infirmos, & fragiles ignorare.

Adēdū autem labor externus cū sanctissimo vitæ
instituto non pugnat, vt potius indiuiduus eius co-
nes semper exiterit. Nonne hoc fuit, quod Christus
Deus, & homo inter homines viuens suscepit? Sed
ipse quid de se dicit: Pauper (sem ego, & in laboribus
i iuuetute mea.) Et Dauid, quid de eodem dicit? La-
bores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es,
& bene tibi erit: Vxor tua Ecclesia, sicut vitis abun-
dans, in lateribus domus tuæ, filij tui, fideles, sicut
nouellæ oliuarum in circuiu mensæ tuæ.] Et Isaias,
quid dicit: Pro eo quodd laborauit anima eius, vide-
bit, & saturabitur.] Quæ igitur vita fuit liberatoris
nostri? (inquit Basilus) quam ille, dum hic inter nos
versaretur, vitæ rationē secutus est? Et cū multis ex-
plicasset, illum peccatum non fecisse, & omniū vir-
utum exempla præbuisse, hæc statim subdit. Cate-
chum, vbi post atate progressus, dominica iā diuina-
que beneficiæ aperiret, discipulos deniq; eligeret, &
le cœlesti regno promulgando cogitaret, non in an-
gulo aliquo abiectis, & corpore viribus destituto a-
liorum ministerio indiget, sed assidue, nunc quidem
itineribus faciendis, iisdemq; continenter pedibus
conficiendis, simulque discipulis ministrando, vt ipse
ait. Ego enim in medio vestrum sum (inquit) sicut qui
ministrat.] Et item: Sicut filius hominis non venit, vt
sibi ministraretur, sed vt ministraret; Nunc discipu-
lorum suorum pedes lauando, post doctrina eos, &
longioribus sermonibus instruendo, impigreque ex-
locis aliis, in alia se transferendo, salutem nostræ con-

A sulere non intermitteret: semelque tantummodò iur-
meto, eoque ad exiguum tempus vsus reperitur, ne-
que id, vt lassitudine corporis leuaret, sed vt opere
ipso propheticum oraculum confirmaret.] Tandem
omnes sãcti, & Ecclesiæ viri perfecti, adēdū ab exte-
na aliqua actione non abhorruerūt, vt eam mirifice
colerent, & tamquam rem magnam, & necessariam
adamarent. Patriarcha peregrinationibus vacant, &
regendis suis amplis familiis intēdunt. Apostoli præ-
dicant, & ad disseminandam fidem per orbē vniuer-
sum discurrūt. Nam in omnem terram exiuit sonus
eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.] Marty-
res pugnant, & fidei veritatem profuso cruore de-
fundunt. Pontifices regunt greges suos, & cū præ-
sint in sollicitudine, à luporum rabie defendunt. Do-
ctores vigilant, & in prædicationis verbo, atque in
edendis voluminibus, tota contentione desudant,
Confessores, & Eremitæ, manibus opus faciunt, &
mentales labores corporalibus intermitunt. Virgi-
nes otiositatem fugant, & vt corporis puritatem te-
neāt, multi variis ipsam afflictionibus exercēt. Om-
nes comprehendit creatoris illa sentētia, qua gene-
ris nostri parens fuit ob inobedientiā multatus. In
sudore vultus tui, vesceris pane tuo.] Nec quisquam
potest penæ resistere, quam culpæ originalis admi-
sione meruit, quàm que terræ spinas & tribulos ger-
minantis habitator effectus, volēs nolēsve suscepit.
Si ergo omnes debent aliquid opus externum, ali-
quàmue administrationem rei temporalis accipere,
quo muneri sibi cōmissio, vel iuribus charitatis, vel
certē propriæ infirmitati satisfaciant, manifestū est,
quia ea vitæ spiritualis erit nobilior, atque præstanti-
or, quæ cum æquali cōtemplationis dono, actiones
meliores, celsiores, & vtiliores assumit. Talis autem
est vita mixta, nam tempus, quod puri cōtemplatiui
excolendis hortulis, texendis sportulis, conficiendis
storeis, & aliis similibus seruitiis attribuūt; mixti fa-
crarum literarū studio, verbi prædicationi, sacramē-
torum administrationi, hæreticorum & infidelium
conuersioni, & remedio hominum peccatorum im-
pendunt. Et cū ex cōtemplatione se demittūt, &
ē colloquijs diuinis ad humana descendunt, tunc, si
attentē inspiciamus, non delabuntur, sed ad functio-
nes Apostolicas, ad act⁹ hierarchicos, ad animarū sa-
lutē, quæ procuranda (vt Dionysius Areopagita docet)
nihil est diuinius, ascendunt. Si ergo cōtemplationis,
& continentis charitatis aurū in hac vita, sicut in pa-
tria, purum, & nulli occupationi externa mistum ef-
se non potest; certē bonum est, si laboribus corpora-
libus, & humilibus obsequiis miscetur, sed multo
melius, atque felicius, si actibus Apostolicis, exhortā-
dis proximis, itineribus animarū gratia susceptis, &
diuini verbi prædicatione temperetur.

Sed cōcedamus gratis omnes leges diuinas, & hu-
manas, imò & ipsam naturæ infirmitatē ferre, quod
quis perpetuò, & sine vlla interruptione cōtempla-
tionē intendat, & in rerum diuinarum, ceu Angelus
quidam sit consideratione suspēsus, certē perfectius
esset, & Deo acceptius illum ad tempus pro operi-
bus charitatis, & pro salute fratrum intermittere, &
ad bonum aliorum festinare. Nam ignis ille charita-
tis in camino cōtemplationis accenitus, si ardens est,
si magnus, atque perfectus, an intra seipsum se con-
tinebit? An potens ad exteriora non exibat? an alios
non illuminabit, & calefaciet? An in res sibi propin-
quas suæ efficacis scintillas non effundet? An non
mirū fuit, q̄ ignis fornacis Babylonicæ tres adolescē-
tes ligatos, & in media fornace cōiectos nō exussit? Et
quare nō esset etiā mirabile, si charitatis ignis multo
potentior in corde iusti successus, nullū illuminaret,

Cassian. 1. 20. de spi-
ritu acci-
dia. c. 24.

August. 1. 2. 2. 1.
ad Prob. 1.
D. Thom. 2. 2. q. 83.
art. 1. 4.

Psal. 127.
2. & 3.

Isai. 53.
11.

Basil. in
const. mo
const. c. 5.

Luc. 22.
27.

Mat. 20.
28.

Psal. 18.
5.

Genes. 3.
19.

Greg. h. 30. in Evangel.

nullum accenderet, nullum verbis tamquam scintillis ardentibus ad bonum inflammaret. Denique nunquam est Dei amor otiosus (vt Gregorius ait) Operatur etenim magna, si est, si verò operari tenuit, amor non est. Si ergo non solum est, sed etiam est magnus, atque perfectus, metem, quam affecerit, non vinciet, vt semper, tamquam delicatula dormiat, & in sinu sponsi requiescat, sed excitabit, & impellet, vt tamquam fidelis sponsa, pro amore sponsi delicias posthabeat, amplexus intercitat, & ad domum sponsi sedula exeat, dormientes excitet, torpentes moueat, sollicitos laudet, prudenter omnia disponat, & vniuersos ad amorem, & laudem illius, quem tãtopere amat, inuitet. Hoc igitur petit magnus in Christum amor, vt quis more ebrii charitate totus crapalatur, & veluti sui oblitus, congruo tempore delicias contemplationis deserat, lacrymarum imbrem contineat, desideria caelestia dissimulet, & in publicum prodeat, vt alios Christo lucratur, & ei verbi persuasione subiiciat. Ideoque optime dixit Thomas Aquinas: Maior esse dilectionis indicium, si quis propter amicum, etiam alij seruiat, quam si soli amico velit seruire. Nam amor faciens vt seruamus amico, est velut fluuius aluei suum occupans, & placide sensimque decurrens. At impelles nos vt alijs propter amicum famulemur, est veluti fluuius aluei angustias pratergrediens, & omnia sata, & agros inundans, qui non solum amico, sed omnibus rebus eius cupit dona & beneficia prestare. E contra verò, amor Dei, qui cum possit, vsque ad amorem proximi non decurrit, & in proximum exhortationis verba & virtutis exempla non effundit, satis tepidus, & exiguus esse conuincitur. Imò ex sententia Gregorij, qui virtutibus pollens gregem Dei pascere renuit, pastorem suum conuincitur non amare. Merito, itaque Dominus à Petro passionis curam in signum aut effectum amoris perfecti postulauit. Simò Ioannis (inquit) diligis me plus his? Ipsique respondenti, etiam Domine tu scis, quia amo te; agnorum suorum curam demandauit illis verbis. Pafce agnos meos. Quia videlicet non est maius perfectæ charitatis indicium, quam si quis non solum velit bonis diuinis frui, sed alios etiam enitatur ad eorum participationem prouocare. Quod si hæc ita sunt, sicut re vera sunt, ille, qui in hac peregrinatione constitutus posset perpetuo actibus contemplationis insistere, beneficeret, sed si eos propter amorem proximorum ad tempus relinqueret, & seipsum dulcedine cupitæ tranquillitatis priuaret, melius faceret, & maioris amoris præferret insigne. Quare sapienter admirabilis Ammianus, volens Eusebio Eremitæ clarissimo viâ perfectiore, & iter compendiosius ad diuinum amorem assequendum salutare curaret, & fratrum gubernatorum onus susciperet. Cuius verba gratissima à Theodoro relato licet longiora, subiiciam. Dic mihi (ait ad Eusebium Ammianus) cuiusnam placere existimas, laboriosam hanc, sordidamque, & squalidam vitam es persecutus? Cum autem (vt par est) is utique dixisset, Deo, qui est virtutis legislator, & magister, Quoniam ergo eum amas (inquit Ammianus) ego tibi modum ostendam per quem, & amorem magis accedes, & ei, quem amas, seruias. Nam quod omnis tua cura, & industria in teipsum conuertatur, non effugiet, vt sentio, crimem nimij in te ipsum amoris. Lex enim diuina iubet proximum amare, vt te ipsum. Multos autem opum sumere participes, hoc est proprium veri muneris charitatis. Hanc autem diuinus Paulus appellauit legis plenitudinem. Rursus quoque clamat. Tota lex, & propheta in hoc sermone in summam rediguntur, nepe. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. Porro au-

D. Tho. 2. 2. q. 84. ar. 7. ad 2.

Greg. 1. p. paf. c. 5.

Ioan. 21. 15. &c.

Theod. in religio/a h. 1. c. 4. in Eusebio.

Rom 13. 10 Galat. 5. 14.

tem dominus quoque in sacris Euangelis, Petro, qui confessus est eum amare plus alijs, præcepit pascere oues suas. Eos autem, qui hoc non fecerunt, reprehendens, clamat per prophetam: O pastores, nonne se ipsos pastores pascunt, non oues? Et ideo magnum quoque Eliam, qui hanc vitam persequebatur, iussit versari in medio impiorum. Et secundum Eliam, tãtopere celebratum Ioannem, qui amplectebatur solitudinem, transmisit ad ripas Iordanis, illic baptizare iubens, & prædicare. Quoniam ergo, tu quoque es Dei, qui te fecit, ardens amator, multos quoque tecum alios effice amatores. Hoc enim est valde gratum communi Domino. Propterea Ezechiel quoque appellauit, speculatorem, & peccatoribus iussit testificari, & Ionam iussit currere Niniuem, & nolentem transmisit in vinculis. Hæc omnia Ammianus pulchre quidem, & erudite, quibus aperte vitam mistam, & ex contemplatione, atque actione compositam, quæ ob animarum utilitatem suscipitur, vitæ puræ contemplatiuæ præponit.

Est etiam aliud, & quidem efficax huius maioris perfectionis argumentum, quod vita mista tamquam integrum spiritualis generationis principium, cum alijs duabus vitis, quasi cum partibus, debet conferri. Vita enim contemplatiua est sicut vir, cui nondum adest femine sexus ad filios procreandos adiutorium. Est, sicut Adâ cum solus erat, & nec dum mulieris societatem acceperat. Ita contemplatiuum institutum vires habet in oratione, & contemplatione, & diuina familiaritate conceptas, quibus quis alijs præpositus poterit illis proficere, sed adhuc non habet materiam, (in qua vires illas internas exerceat, & lucrum externi laboris conquirit. Vita autem actiua, est sine orationis dono, velut mulier viri confortio destituta, quæ potest quidem se ipsam conseruare, ab omni fecunditate purgare, & virtutum decore circundare, nec tamen commodè valet sterilitatem abicere, & filiorum esse mater, atque ad dignitatem principij spiritualis peruenire. Illi namque spiritus immundos eiiciunt, & animas Deo per gratiam generant, qui voci bonam vitam addunt, appetitus superflua præcidentem, & gemitus, & orationem adiciunt, dicente Domino. Hoc genus demoniorum in nullo potest exire, nisi in oratione, & ieiunio. Quod si

nōnulli ministri Euangelij, quorum est bona doctrina, & nulla oratio, & mala vita, aliquem fructum prædicatio faciunt, ille non ipsis tanquam instrumentis bene dispositis debet attribui, sed misericordie Dei, qui sicut per os bruti animalis prophetâ edocuit, ita per os superbi & iniqui verba sanctitatis profert, & in eis spiritum & efficaciam inuoluit, vt populos ad se trahat, & suam potentiam & bonitatem ostendat. At vita mista est, sicut vir simul & mulier, quæ & gratiam agendi habet, mulieri comparatam, qua filios spiritualiter concepit, conceptos in lucem edit, editos lactat, lactatos pane maiorum nutrit, & nutritos ad debitam vsque ætatem materna auctoritate gubernat: & gratiam orandi possidet viro admodum similem, quæ actionem, tamquam propriam vxorem fecundat, & dirigit, & ad filios alendos, & domum sustentandam omnia necessaria suppeditat. Fecundat, efficaciam & spiritum à Domino impetrando; dirigit, mala vt vitentur, & bona vt agantur monstrando, necessaria suppeditat, ea ab omnium bonorum Domino humiliter impetrando. Si ergo perfectus est integrum generationis principium, quam altera pars præsidio alterius indigens, perfectissima omnium spiritualium vitarum est vita mista, quæ omnia in se habet ad spirituales filios procreandos, & caelestes tantum influxus omni particulari causa necessarios, id est,

Ioan. 21. 15. &c.

Ezech. 34. 9.

Marc. 9. 23.

grati

Ambros.

gratie auxiliū, atq; cōcursum exquirat. Dicamus itaque nos de vita cōtemplatiua, quod Ambros. in primo homine animaduertit. Sine muliere (inquit) homo nō habet laudem, in muliere pradicatur. Nam cūm dicit. Non est bonum solum esse hominem, confirmat utique bonum esse hominum genus, si virili sexui femineus sexus accedat. Nos autem idem prorsus affirmamus, non scilicet esse bonum, id est, omnino perfectum, si vir cōtemplationis solus sit, neque sine femina, hoc est, sine actione, istum mysticum vitum habere laudē, vsquequaque perfectā, quia deest ei vna principalis pars, sine qua, nec gratiam spiritus alii communicat, nec perfectissimum fructum charitatis Dei, scilicet, amorem proximi per prastantissimas & verē Apostolicas actiones, demonstrat.

Si verō in viris, post latam Euangelij legem, melior est status virginitatis, statu cōiugij, & valde laudatur, qui seiplos castrauerūt propter regnum caelorum, quoniam carnis integritatem seruantes, more angelorum viuunt, nec fordes animæ contrahunt ex curis rerū temporalium exortas: hoc verū est, si intra carnis, & sanguinis limites maneat, quam Christus voluit dono virginitatis purgare, non tamen licet ad mysteria spiritualia transferre. Quia esse quempiam spirituales patrem, mētis integritatem, & puritatē non adimit, quinimo mirificē perficit, sicut in Beata Virgine nostra per partum excelsior fuit & mirabilior apparuit, suā purissimā carnis integritas. Secundum quem intellectu adhuc magna est illa benedictio: Non erit apud te sterilis vtriusque sexus, tam in hominibus, quā in gregibus tuis. Quia re vera preciosum est, si fideles vtriusque sexus Deo filios spirituales generent, & greges, hoc est, potētiarū nostrarum spirituales intelligentias concipiāt. Et hæc spiritualis paternitas nos nō dissimiles Angelis, imō simillimos facit. Inter illos namque spiritualē paternitatē esse, quatenus superiores, inferiores purgant, illumināt, atque perficiunt, perspicue docet Paulus, dicens: Flecto genua meū ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis, & in terra nominatur. Nos ergo illis similes sumus, cūm ita Deum cōtemplatione conspicimus, ut etiam filios spirituales generemus. At non poterimus adhuc in ista spirituali paternitate curas rerū humanarū effugere, quæ mentis tranquillitatem auferunt, & eā fordibus cogitationum inficiunt: Ego quidem has curas non timeo, de quibus Paulus gloriatur, tātūm abest, ut illas erubescat. Non enim (inquit) erubescō Euangelium, virtus enim Dei est in salutem omni credenti: Et alio loco. Præter illa, quæ extrinsecus sunt, instantia mea, quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis eas curas, tamquam seminaria imperfectionis cōtēnat, quas Paulus Apostolus perfectissimus, atque sanctissimus suscipit, diligit, amplectitur, veluti suorum meritorū augmenta, quibus oneratus, & pressus, adhuc fidenter dicit, quia sua conuersatio in cælis est. Hæc igitur curæ non inficiunt animam, sed meritis nouis afficiunt: nigram laboribus, sed non deformem peccatis, reddunt. Ideo gloriatur de illis, dicens, Nigra sum, sed formosa, filia Ierusalem. Hoc exemplo (inquit Bernardus) sponsa non negat nigredinem, sed excusat, nec probro ducit qualemcumque habitum, quem charitas firmet, iudicium veritatis non improbet. Denique, quis infirmatur, cum quo non infirmetur. Quis scandalizatur, & nō vitur? Induit se compassionis nœuum, ut morbum in altero passionis leuet, vel sanet. Nigrescit candoris zelo, lucro pulchritudinis. Multos candidos facit vnus denigratio, non cūm tingitur culpa sed cūm afficitur cura. Sanctæ ergo curæ fra-

Dent. 7. 14.

Ephes. 3. 14.

Rom. 1. 16. 2. Cor. 11. 28.

Cant. 1. 6. Bern. ser. 28. in cant. 2. Cor. 11. 29.

trum, & misericordes proximorū sollicitudines, quæ ex magna in Deum charitate procedunt, ad lucrum animarū tendunt, nos ipsos immoderatē nō inquietant, & ad thronum Dei sepius mittunt, ut aliorū miseras desicemus, ut pro remedio iniquorū instemus, ut illis dona & gratias ecclestes impetremus, haud quaquam vitæ mistæ nœuū aliquē, aut imperfectionem obtendunt, quin potius perfectiorem & accessione meritorum ampliorem efficiunt.

Nomen tādē, quod datur animæ huius vitæ cultrici, satis manifestē indicat vitam ex suo genere sanctissimam ac perfectissimam fuisse sortitam. Cūm enim ad eum perfectionis gradum ascendit, ut per vitam actiuam ab omni vitiōrū labe purgata, & per cōtemplatiuam, supernaturali luce illuminata, Deoque coniuncta, gignendis Christo filiis efficiatur idonea; iam non vocatur adolescentula, nec amica, nec filia, sed sponsa charissima. Huic namque dicitur, Veni de Libano sponsa mea, veni, coronaberis de capite Amanæ, de vertice Sanit, & Hermon. De Libano venit, quod nomen dealbatio interpretatur, quia de puritate vitæ, ad coronam æterni præmij recipiendam accedit. Et de montibus coronatur, quia dum regnum prædicat æternum (ut Gregorius ait) dum exemplo suo anima, quæ mundi sunt, vilia esse demonstrat, ipsos etiam potentes ad poenitentiam inclinat, & sibi ipsi pro eorum acquisitione coronam in cælestibus parat. Huic etiam datur illud magnæ laudis elogium. Hortus conclusus, soror, mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuæ paradisi malorum punitorum cum malorum fructibus. Hortus conclusus est, quoniam in seipsa steres virtutum emittit; effectus sancti amoris gignit, & rectam intentionem tenens ab humanis laudibus se prudenter abscondit. Et emissiones eius paradisi, dum verbi prædicatione filios gignit, quos puritate candentes, & ardentissimi amore rubētes, quasi malorum, & pomorum odores suauissimos, in supernas māssiones transmittit. Ista est, in quam omnino quadrat nomē sponsæ: Nam & Verbo adheret, per cōtemplationē, & ei filios generat, per Ecclesiasticam actionem. Dicit nobis Bernardus, quæ anima spōsæ appellatione sit digna: Quam videtis (inquit, relictis omnibus, Verbo, votis omnibus adhærere, Verbo viuere, Verbo se gerere (quæ omnia cōtemplationis sūt) de Verbo cōcipere quod pariat Verbo: quæ possit dicere: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum (quæ omnia actionis sūt proximis fructuosa) hanc puta coniugem, Verboque maritatam. Et alio loco, postquam dixit: Vineas animas esse fidelium, istam sententiam adiecit. Sponsam tamen nusquā, ut meminimus, in hoc toto opere aperte adhuc nominat, nisi modò, cūm ad vineas itur, cū vino charitatis appropinquatur. Quæ cūm venerit, & perfecta fuerit, faciet spirituale coniugium, & erunt duo, nō in carne vna, sed in vno spiritu. Dicitē Apostolo: Qui adheret Deo, vnus spiritus est. Sponsa ergo hæc appellatur, quoniam vitam perfectiorem habet, & institutionē sublimiorem, & Christo propinquiore amplectitur.

Cant. 4. 8.

Greg. in Cant. c. 4.

Cant. 4. 12.

Bern. ser. 85. in Cant.

Philip. 1. 21.

Bern. ser. 61. in Cant.

1. Corint. 6. 17.

Nam hæc institutio, ex cōtemplatione, & actione compacta, multo maiorem, ac excellentiore vtriusque operis perfectionem postulat, quàm si vni operi tantum insisteret. Mixti quippe, & ad vitam Apostolicā euocati, tā orationis, quàm actionis, ut diximus, sunt magistri, atque doctores. Quamobrē, sicut minus præceptoris alicuius artis aut sciētia, maiori eludē sciētia perfectione opus habet, quā munus, aut status discipuli; quoniam iste ex conditione sua tantum habet addiscere; ille verò nō discit, sed quæ optime didicit, alios non ita prouectos, & literatos, docet.

T 3 Ita

Ita contemplatiuus, aut actiuus (quod ad statum pertinet) vitam habet adhuc virtutis doctrinam addiscendam, & contemplationis lucem comparantem: mixtus vero institutum sequitur orationis, & actionis magnam perfectionem presupponens. tantam scilicet, ut quis possit in utroque itinere, & errores, ac deceptions detegere, & semitam rectam, securamque monstrare. Hoc autem quantum celsitudinis sit, nemo est, qui non videat. Certe magnus debet esse mundi contemptor, qui alios docturus est mundum fallacem contemneret; magnus peccatorum osor, qui populum docturus est, peccata, & delicta detestari. Necessum est, sit in humilitate, in castitate, in mansuetudine, atque in aliis virtutibus perfectus, qui alios adiuturus est. Scalam virtutum ascendere, & eorum gradus, & partes debet hominibus aperire. Nec non, ut sit in dono orationis consummatus, cui hoc munus committitur, ut alios orationem, & contemplationem doceat, pericula ostendat; dona discernat, & quid magnum est, quid vero paruum, & quid nihil, & demonis illusiones cognoscat: vita virtutum non tantum discipula, quatenus a Deo, & Ecclesia, & Prælati discit, sed etiam omnis sanctitatis, perfectionisq; magistra, quatenus alios docet. & ad veras virtutes comparandas monet. reliquis vitis hanc magistrum dignitatem ex natura sua non habentibus, erit illustrior, atque perfectior. Accedit ad hoc, quod vita ista tantam puritatem amans, tantam sanctitatem amplectens, tantam virtutum omnium absolutionem exposculet, & ex alia parte non in antris, nec in speluncis delitescens, sed inter turbas populorum habitans, eo ipso rarior est, & mirabilior inuenitur, adeo, ut qui eius partes perfecte egerit, si est, qui perfecte agat, omnes in stuporem rapiat, & in incredibilem admirationem adducat. Si enim (ut optime dixit Gregorius) non est valde laudabile bonum esse cum bonis, sed immensum est preconij bonum inter malos extitisse; quatenus preconij, imò quatenus admirationis erit inter frequentissimas populorum turbas, in quibus multi iniqui, & pessimi viuunt, non solum bonum extitisse, sed hanc innocenciam, quam diximus, hunc mundi contemptum, hanc mentis tranquillitatem, hunc spiritum orationis & contemplationis studium cõseruasse: Equidem puto hoc mirificentissimum esse, quod Deo summe placeat, Angelos magnopere delectet, & hominibus sapiētibus, & fidei luce perfusus valde perfectum simul ac difficile appareat.

Ex his autem, quæ de vita mixtæ sublimitate annotauimus, illud certe licet colligere, ut qui eam profitentur, de altitudine status non superbiant, sed de sua tepiditate erubescant, & de die reddenda rationis timeant, cum pretiosissimi talenti sibi commissi Domino sunt vsuras oblaturi. Quia non sufficit in celsissimum statum ascendisse, si abiecta vita statui non congruat, neque sequitur statim, ut si admirabilis est instituti perfectio, ipsi, qui illud habent, sancti sint, atque perfecti. Curent ergo in statu perfectissimo perfectam habere vitam, & siquid duo onera contemplationis, & actionis susceperint, duplè etiam conatum apponere, & contemplantis & predicantibus duplicem sustinere laborè. Quatenus maiores sunt, iuxta consiliū Ecclesiastici, humiliet se in omnibus; & vniuersis libèter se subiiciat, & coram Deo inuenient gratiam, ut possint; non tam professionis honorè, quam onus sustinere, & ei vitam, & actionem satisfacere. Qui autem statum mixtorum non habent, aut quia religionis ad solam actionem, ut solam contemplationem fundatæ institutio impedit, aut certe sexus infirmus, & muliebris obstat, nequaquam tristitia, aut marori se subdat, scientes, quod si magis ament, & maiori cum mentis puritate viuat, maiorem quam mixti in hac vita sanctitatem, & in

Greg. 1.
mor. c. 1.

Ecclesi. 3.
20.

A alia gloriosius præmium assequentur. Curent in ipsa solitudine, quam solis cum fratribus eiusdem professionis incolunt, aliquid (pro ut patrum instituta ferent) vitæ mixtæ tenere, committentes suos exemplo docendo (qui præstantissimus prædicandi modus est) virtute ad virtutem incitando, & priuatis colloquiis ad feruorem ac perfectionem adhortando. Neque ista tamquam parua contemnant, quia re vera parua non sunt: cum vitæ mixtæ sublimitas non ex frequentissima turba, ad quam quisque concionatur, neque ex potentibus, & illustribus viris, qui audiunt, petenda sit, sed ex ardore charitatis, & ex vero, & solido fructu captanda. Quod si quis in curiis regum prædicans, superbia turgidus, nihil nisi admirationem, & plausum ex suo labore decerpat, & alius in cœnobio solitario consistens, modestia, & amore proximi fulgens, alique fratrem tepidum suo exemplo & verbo ad feruorem incitans, eius animam ad virtutis fastigium adducat, non dubium quin istius vita Deo acceptior sit, Angelis amabilior, & præmio atque mercede opulentior.

B

Fœminis autem vitam religiosam agentibus, hoc cõsiliū damus, ut Mariam Oegniacensem sanctissimam fœminam imitentur. Quæ cum sexu impedita concionari non posset, multis suspiriis, & lacrymis, multis precibus ac ieiuniis à Domino postulauit, ut aliquem insignem concionatorem mitteret qui suum ingens desiderium animas lucrandi suppleret. Quod & obtinuit. Nam Dominus precibus eius, & piis desiderijs annuens, quemdam concionatorem excitauit (is fuit, ut credimus, Iacobus de Vitriaco Episcopus, & Cardinalis doctissimus, qui vitæ eius textum historiam) qui sanctæ mulieris meritis, ac orationibus vires corpori, verbum cordi, & efficaciam in sermone accipiebat, ut animas ad bonam fugam reuocaret. Orent igitur fœminæ religiosa pro Ecclesia Dei, infidelibus fidem, hæreticis lumem, peccatoribus gratiam, istis donum perseverantiæ petant: rogèt obnixè Dominum, ut mittat operarios in messem suam, operarios, inquam, inconfusibiles, qui prius faciant, & postea doceant, qui Christum prædicent crucifixum, qui non se ipsos, sed Dei gloriam, & animarum salutem querant, qui magis orando, & gemendo, quam loquendo laborent: Huic orationi vitam putam, & illibatam, atque à colloquiis virorum abhorrentem adiungat, & certè sciat se non parum Ecclesiæ profuturas, & minimè prædicatorum mercede carituras.

Surius in
Lunio lib.
2. vita c.
4.

Quod vita mixta sit alius duabus temporis
executione posterior.

CAPVT XLIV.

SI vita mixta, ut monstratum est, reliquis est natura præstantior, & institutione sublimior, facile intelligemus, quod sicut dignitate, & nobilitate est prior, sic debet esse in exercitatione posterior. Ita enim natura comparatum est, ut in rebus, ea quæ sunt imperfectiora, præcedant: quæ verò perfectiora & altiora, sequantur. Homo prius ex utero matris prodit tenellus infans, deinde fit puer, postea adolescens, postmodum iuuenis, ac his emensis ætatum spaciis, vir robustus, & prudens efficitur. Scientiæ à primis, & manifestissimis elementis incipiunt, & ad rerum occultissimarum cognitionem procedunt: ars militaris & nautica, profesores suos, primum in abiectis, aut certe moderatis obsequiis constituunt; postea ad dignitatem gubernationis extollunt: quin & natura ipsa

ex pusillo semine in principio, tenellam arbuscu-
lam, & quæ nullo negotio auelli potest, emittit, &
post modum in proceram arborem, ita terræ radici-
bus affixam assurgit, vt nulla humana vis eam extra-
here, aut dimouere possit. Eodem igitur modo spi-
ritualis vita, non tam à natura, aut ab arte, quàm à
diuina gratia perdocta, iustum, quem in filiū excipit,
primò lacte laborum corporalium, & micis propriæ
abnegationis lactat, secundo, cibo orationis, & con-
templationis reficit; ac tandem laborum spiritualium
& cōuertionis animarum pane sustentat. Cuius quif-
que eruditionem sequens, si vult non errare, eundem
ordinem in suis actionibus teneat, vt videlicet primò
se per vitam actiuam à vitijis purget, & decore virtu-
tum exornet; deinceps orationis, & meditationis
pretiosissimis cibus fortem & robustum faciat, atq;
Deo, à quo ista fortitudo petenda est, magno se desi-
derio coniungat; & demum fortis, & animosus effe-
ctus ad bellū prodeat, & aduersus aliorum vitia ex-
peditioe suscipiat. Si enim infirmus: & imbecillus
bellare contendat, aut hostiū impetu victus, & pro-
stratus cadet, aut magno labore se conficiens, nihil
arduū & difficile ad finem vsque perducet. Auicula
sine alis volare contendens, non in altum se sub-
leuat, sed ad ima cadit; viator sine viribus, & pecu-
niis ad iter se accingens, in media via lassus, fatiga-
tusque subsistit; inficius cum astuto ad disputationē
progrediens irrisioni audientium patet; & imperfec-
tus ad magistrerium perfectionis ascendens, aut mi-
serabiliter decedit, aut ferè nihil agit, aut irrisioni dæ-
monum seipsum exponit. Neminem quippe Diabo-
lus magis irridet, quàm impudicum de pudicitia lo-
quentem, superbum humilitatem docentem, & vir-
tutibus vacuum, ad virtutem & sanctitatem exhor-
tantem.

Istum nostræ vitæ, & actionum ordinem Saluator
noster Christus exemplo suo aperte monstrauit, & in
mundum veniens omnem implere iustitiam, huic in-
stitutiæ parti, qua in iustitiæ operibus ordo constitui-
tur, ius suum non denegauit, neque eam sine suæ in-
stitutionis exemplo dereliquit. Erat quidem ille ab
ipso conceptionis initio infinita sapientia præditus,
qui cuncta creata, & creanda, imò, & vniuersa possi-
bilia cognouerat: & vir, si non ætate, sed rerum co-
gnitione; & fortitudine in vtero matris existens.
(Nam, vt Ieremias ait, Fœmina circumdabit virum)
bene poterat, statim atque in lucē est editus, munia
virorum aggredi, & hominum magistrerium obire.
Non tamen sic fecit, sed ordinem & modū seruaui,
in ostensione virtutum, vt nobis discretionis & ordi-
nis se præbetet sapientissimum præceptorem. Prin-
cipio namque quamdam in seipso vitæ actiuæ for-
mam exhibuit, cum descendens cū matre, & pæda-
gogo venit Nazareth, & erat subditus illis.] Quam-
quæso erat ista subiectio, nisi illa eximia, quæ ad vi-
tam actiuam pertinet, reuerentiæ delatio, humilitatis
ostensio, obediens exhibitio? De honore, ac reue-
rentia, hæc Ambrosius. Quid enim magister virtutis,
nisi officium pietatis implet? Et miramur si patri
desert, qui subditur matri? Non vtique infirmitatis,
sed pietatis ista subiectio est.] De humilitate, hæc
Bernardus Deus cui Angeli subditi sunt, cui princi-
patus, & potestates obediunt, subditus erat Mariæ:
nec tantum Mariæ, sed etiam Ioseph propter Ma-
riam Mirare ergo vtrumlibet, & elige, quid amplius
mireris, siue filij benignissimam dignationem, siue
matris excellentissimam dignitatem. Vtrumque stu-
por, vtrumque miraculum. Et quod Deus feminae
obtemperet, humilitas absque exemplo, & quod Deo
fœmina principetur, sublimitas sine socio.] Et paulò

A post. Erubescere, superbe cinis, Deus se humiliat, & tu
te exaltas? Deus se hominibus subdit, & tu dominari
gestiens hominibus, tuo te præponis auctori? De o-
bedientia, hæc Origenes. Si Iesus filius Dei subiici-
tur Ioseph, & Mariæ, ego nõ subiiciar Episcopo, qui
mihi à Deo ordinatus est pater? Non subiiciar præ-
bytero, qui mihi Domini dignatione præpositus est?
Et cætera.] Hæc fuerunt in terra virtutum Christi
primordia, reuerentia, humilitas, obedientia, vt dis-
camus, & nos ista esse vitæ spiritualis initia, quia nec
sine ambitione honorem admittes, si nulli honorē,
ac reuerentiam detulisti, nec securē in dignitatem,
aut magistrerium ascendes, si numquam te ipsum de-
iecisti; nec scies prudenter iubere, si prius non didi-
cisti obtemperare.

B Hoc verò illustrissimo exemplo vitæ actiuæ mō-
strato, contemplatiuæ vitæ hominibus formam præ-
rogauit, & per triginta annos tacens, ac profundissi-
mo silentio se cōtinens, & post baptismum in deser-
tum locum ieiunij, & orationis causa secedens. Nā
quid tot annis nihil externum agēs, egit illa summa
maiestas? Cuiam rei intendit? in quo se occupauit?
Certè eius opus cōtemplatio erat, eius labor oratio,
eius institutum præcipuū, habita cum æterno Patre
colloquia. Audi Bonauenturam, quo pacto hoc tē-
pore Christum vitæ contemplatiuæ præceptorem
ostendat. Subtrahebat se (inquit) à consortio, & con-
uersatione hominum. Ibat ad Synagogā, id est, Ec-
clesiā; stabat multum ibi in oratione, in loco viliori
se ponens. Redibat domum; stabat cū matre, & ali-
quando suum nutrimentum adiuuabat. Pertrāsibat eun-
do, & redeundo inter homines, ac si non videret ho-
mines.] Orationi incumbere, inter homines nihil
aduertens, pertrāsire, mortalium consortia declina-
re, ieiuniis, ac vigiliis se affligere, vitæ contemplatiuæ
sūt munera, nobis à Salvatore nostro, post vitæ acti-
uæ labores ostensa, quæ debemus cum animi alacri-
tate suscipere, & in eis toto tempore, quo nobis à
Prælati permittū fuerit, perdurare, ne saltantes itet
spiritus ambulemus, & volentes prioris vitæ partes
trāsfire, in superbię barathrū præcipientes incidamus.

C His autem duobus viae spatiis emensis, non pro-
pter ipsius Domini necessitatem, sed propter exem-
plum; & ipse Iesus erat incipiēs quasi annorum tri-
ginta.] Tunc profectò cepit prædicare, & doctrina,
atque miraculis viam salutis ostendere; vt reprimat
temerarios (inquit Beda) qui omnem ætatem ad hæc
officia idoneam credunt.] Vt erudiat dociles, quan-
do debeant ad lucra animarum exire, cum videlicet
seipfos per mortificationis, & virtutum moralium
actiones lucrati sunt; cum per orationem, & medita-
tionem assiduam lucem ad docendum, quæsierūt, &
spiritum ad mouendos peccatorum animos compa-
rarunt. Nam imparatos, & imperfectos ad ministe-
ria animarum exire, Gregorius putat Dominum in
Deuteronomio vetuisse, cum arare in primogenito
bouis prohibuit. Non arabis (inquit) in primogenito
bouis.] Per hunc primogenitum primæuam ætatē,
& necdum virtutibus excultam intelligens. Cuius
mandati transgressio, quæ sit periculi. Beatissimus
Doctor his verbis expressit. Primogenitū enim bo-
uis accipimus in infirma ætate primi nostri tempō-
ris bonam operationem. In qua tamen aradum non
est, quia cum prima sunt adolescentiæ, vel iuuentutis
nostra tempora, nobis adhuc à predicatione celsā-
dum est, vt vomer linguæ nostræ proscindere non
audeat terrā cordis alieni. Quoad vsque etenim in-
firmi sumus, continere nos intra nosmetipsos debe-
mus, ne dum tenera bona citius ostendimus, amitta-
mus, quia & arbuta plātata, si prius in terra radicata

Origen.

Bonau. lib. 6. me-
ditat. c. 15.

Luce. 3. 23.

Beda in Luce. 3.

Deut. 15. 19.

Greg. bo. 2. supr. B. c. 2.

Ierem. 2. 22.
Luc. 2. 51.
Ambrosius in Lucam.
Bernardus ser. 1. in Missa. est.

in lib. c.

non fuerint. manu tacta citius arescunt, at, si semel radicem fixerint, manus tãgit, & tamen nihil officit, venti impellant, nec tamen impellentes lædunt. Et constructi parietes, si impellantur, eruuntur, nisi à suo priùs fuerint humore siccati. Mens itaque quousq; ab humore prauitatis suæ, priùs nõ fuerit exicata, alienæ linguæ manu tangi non debet, ne prius quàm plenè percipiat, perdat soliditatem suam, ne impulsã ruat, ne velut arbutum sine radicibus, dum plusquã tolerare valet, cõcutitur, arescat. Ad exemplum ergo non sunt ostendenda, nisi quæ firma sunt. Prius etenim conualescere debet mens, atque ad utilitatem proximorum postmodum demonstrari, cum iam, nec per laudem eleuata corruat, nec per vituperationem percussa contabescat. Volens itaque Dominus his periculis, & malis remedium afferre, quæ ex immatura prædicationis administratione nascuntur, ab obedientia, & humilitate inchoauit, in silentio, & assidua contemplatione durauit, & in officio prædicationis finiuit, vt non eius vestigiis inherentes, prius mentem nostram à peccatis, ac vitiis purgemus, & humilitatis, obedientiæ, ac omnium virtutum gemmis decoremus: Deinde oratione, & contemplatione rerum cælestium, & amore silentij, & cellæ ad occasiones teporis, & distractionis, quæ in conuersatione cum secularibus magna sunt, & frequentes, nos præparemus, & tandem, non nisi obedientia, & charitate compulsi, ad onus prædicationis, aut prælationis subeundum exeamus.

Non solũ autem Dominus in seipso, verũ etiam in gubernatione familiæ suæ, & discipulorum suorum, huius triplicis vitæ ordinem ostendere voluit. Mundum quippe à Diaboli potestate liberaturus, & ad seipsum per fidem, & amorem tracturus, & in patris amicitiam enecturus, discipulos sibi asciiuit, huius gloriosi operis ministros, quos præstantissimi muneris nobilitate dignaret: Hos autem primò quidem sibi socios, & commilitones adiunxit, sanctitatis suæ exemplo, ad mundi contemptum, ad odium omnium vitiõrum, & virtutũ amorem allexit, opere & verbo ad studium orationis, & contemplationis permouit, vt idonei orbis magistri, & præceptores, ex eius schola, ad docendum, prodirent. Postquã verò per aliquod tempus eos secum in hac virtutis institutione retinuit, proluxa oratione præmissã, vocauit discipulos ad se, quos scilicet exemplo iam, & doctrina nutrierat, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit.] Et, quia copiosissime mes si tam pauci operarij minime sufficiebant, post aliquatulum temporis, designauit & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum quò erat ipse venturus.] Apostolis autem electis, orandi formulam, tam ipsis quàm omnibus alijs præscripsit, dicens: Sic ergo vos orabitis. Pater noster, qui es in cælis.] Nõ quia ante orationis doctrinam omninò tacuerit, sed vt ea, quæ oratione petenda sunt, breui sermone concluderet, & quid quoque loco desiderandum à nobis sit, & quærendum, sub forma orationis ostenderet. Meritò quidem Dominus, & vsq; ad perfectã ætatem siluit, & in eligendis Apostolis, designandisque discipulis aliquantulum expectauit, vt charitatis ordinem nos edoceret, quæ nõ ab alijs, sed à nobis ipsis debet incipere, secundũ illud: Misere animæ tuæ placens Deo.] Nam, quæ, rogo, charitas erit nostræ salutis obliuisci, vt proximis consulamus, aut quæ prudentia, si cũ nostræ animæ detrimento fratrum salutem eueamus? Charitatis præceptum in hæc verba promulgatum est. Diliges proximũ tuũ, sicut teipsum.] Quod autẽ ultra nos ipsos diligamus, nec Dominus

Luc. 6. 13.

Luc. 10. 1.

Matt. 6. 9.

Ecc. 30. 24.

A iubet, nec charitas exigit, nec iustitiæ lex, aut regulæ prudentiæ consentit. Hunc appetitum docendi ante tempus, quo aliqui stimulantur, & temeritate, quæ seipso effundunt, Bernardus, multis ac grauissimis verbis, in quodam loco perstringit. Et inter alia, sic ait. Cæterũ tu frater, cui firma satis propria salus nõdum est, cui charitas, adhuc, aut nulla est, aut aded tenera, atque arundinea, quatenus omni flatu cedat, omni credat spiritui, omni circumferatur vento doctrinæ, imò cui charitas tanta est, vt ultra mandatum quidem diligas proximũ tuum plusquàm teipsum: & rursus tantilla, vt cõtra mandatum fauore liquecat, pauore deficiat, perturbetur tristitia, auaritia cõtrahatur, protrahatur ambitione, suspitione inquinaetur, cõuitiis exagitetur, curis euicereetur, honoribus tumeat, liuore tabescat; tu inquam, ita in proprijs teipsum sentiens, quam demencia, quæso, aliena curare, aut ambis, aut acquiescis? Et satis egregiè. Nam istorum charitas, qui sui ipsorum obliui, profectibus aliorum intendunt, ex vna parte eximia videtur, vltra quàm par est; siquidem vsque ad iniuriã propriæ sanctitatis procedit, ex alia verò tã modica, aut nulla, vt nec sibi ipsi consulat, cui tãquam rei magis cõiunctæ maior debeatur, & diligentior affectus.

Bern. ser. 18. in cã.

B His tam propriæ salutis contemptroribus, & tam alienæ salutis cupidis, optimè conuenit illud Amos: Quãdo transibit mensis, & venundabimus merces, & sabbatum. & aperiemus frumentum?] Quousque tandem, inquit, abscoisi, & inglorij erimus? Quam diũ in hac ignaua, & socordi otiositate consistemus? Quando elapsum erit tempus tacendi, & nobis tantũ prospiciendi? Et scientiam, ac eloquentiam tanto labore conquistam in publicum producemus, & ex pulpitis, atq; cathedris concionatorum, & magistrorũ more proclamabimus? Et quare, ò miseri, odio habetis silentiũ, & cellam? quare ante tempus statum humilitatis deseritis? quare adhuc teneri, & imbecilles ad virorũ officia properatis? Si charitas fraternæ impellit vos, scitote, quia charitas neminẽ cũ proprio dispendio ad aliorum profectum curãdũ, instigat. Non eximus, (inquit) nec nostram salutẽ posthabemus, vt charitatis legem impleamus; sed vt imminuamus mensurã, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas, vt possideamus in argẽto egenos, & pauperes pro calceamentis, & quilibet frumenti vendamus.] O quã verè respõdenti! Hæc sanè aient imperfecti, hæc cupiunt, cũ nec dum à vitijs exoluti, & in virtute radicati, & in spiritu orationis fundati, ad lucrandas aliorum animas progrediuntur. Mensuras mittunt, quia eum plausum à populis, quem sperabãt, non recipiunt. Siclos augent, quia vt honorem concupitum venentur, inanes labores, & perniciosas animi distractiones, præteritis distractionibus addunt: stateras dolosas supponunt, quoniã solis vocibus, & corporis gestibus, nõ verò efficacia spiritus animas ad Dominũ adducere intendunt. Solo eloquẽtiæ argento volunt sibi conciliare populos virtutis egenos, & pro humanis, & prophanis historiis (quæ pro dolor, pro diuinis Scripturis passim ex suggestu secularibus proponuntur) quærũt idiotas, & stultos allicere, & has paleas, & purgamenta Ethnicorũ, critico scripturarum admitta venditare. Istud quærunt; & istud malo suo assequuntur, quia ambitionis pleni, & superbia disticti, spiritu autẽ virtutis, & orationis vacui, Apostolica ministeria exercenda suscipiunt.

Amos. 8. 5.

Amos. 8. 5.

E Tu ergo frater, qui mundi pericula per vitam religiosam effugisti, vt vitam spiritualem, scalam vtique cælestem, arripeteres, & per quindecim gradus eius in æternas mansiones conscenderes, non

fine

sine ordine in his gradibus affectuum tuorum pedes
figere, & formam à Christo Domino nostro, suo
exemplo præscriptam, temerariè transilire. A mini-
mis incipe, vt ad mediocria procedas; mediocria ne
contemnas, vt ad maxima, & planè difficilia, sine
ambitionis nota, peruenias. Domum vitæ actiuæ fa-
ctis tutam, & securam primùm inhabita. In ea non of-
citanter, sed diligenter, nõ cursim, sed lentè peccata
tua in sæculo facta deplora; vitiosas affectiones ex-
tirpa: passiones effrenatas, & tam assiduis actibus
roboratas, comprime; rerum mundanarum, præcipuè
honoris, & dignitatum amores relega: virtutum mo-
ralium chorum tibi, tum ardentissimo desiderio, tum
verissimam possessione, coniunge. Ne cogites te oleū
& operam perdere eam tibi vacas: imò te ipsum do-
ces, vt alios instruas, tuam domum opibus amplifi-
cas, vt habeas, vnde aliis salutis documenta comu-
nices. Ne assensum præbeas his, qui beatum te di-
cunt, & te vera te seducunt, qui tibi suadent, vt nec
dū grandis factus, onera grandium supports. Respon-
de illis, quod Bernardus sapientissimus, quibusdā si-
bi otium exprobrantibus respondebat. Nonnūquam
ego (inquit) cum sederē mihi ad pedes Iesu moriens,
& offerens sacrificiū, spiritus contribulati, in recor-
datione peccatorum meorum: aut certè ad caput, si
quādo, vel ratò stare, & exultarem in recordatio-
ne beneficiorum eius, audiui, dicentes: Vt quid per-
ditio hæc: causantes videlicet, quod soli viuerē mi-
hi, qui (vt putabant) multis prodesse possem, & dice-
bant: Potuit enim venundari multò, & dari pauperi-
bus. Sed non bonum mercatum mihi est, etiam si v-
niuersum mundum lucret, me ipsum perdere, & de-
trimentū mei facere. Vnde intelligens verba hæc in-
ter illas esse, quas Scriptura loquitur, muscas mori-
turas, quæ perdunt suauitatem vnguenti,] recordatus
sum illius diuinę sententię: Popule meus, qui te beati-
ficant, in errorem inducūt. Verum audiant excusan-
tē Dominū, & respondentem pro me qui me quasi
de otio inculcat. Quid (inquit) molesti estis huic mu-
lieri? Quod est, vos videtis in facie, & ideo secun-
dum faciem iudicatis. Nō est vir (vt putatis) qui pos-
sit mittere manum ad fortia, sed mulier. Quid teta-
tis ei imponere iugum, ad quod ego eum minus suf-
ficientem intueor: bonū opus operatur in me. Stet
in bono, quamdiu non conualecit ad melius. Si quā-
do de muliere in virum, & virum perfectum profe-
cerit, poterit & in opus perfectionis assumi. Hæc
verba viri sanctissimi tibi assume, eorumque sensū
& veritate te protege, cum ante aptum tempus, ad
curandarum animarum laborem incitatis. Sede in
ciuitate iuxta præceptum Domini, hoc est, intra cel-
læ secreta te contine, quoad vsque induaris virtute
ex alto,] quia nequaquā res prosperè tibi succedēt,
si nudus, & inermis, si etiam prauis affectibus, & vi-
tiis morbidus ad pugnam exeat, manus cum hosti-
bus conferas, & aduersariorum cunctis, te solum &
auxilio destitutum committas.

Postquam verò actiuæ vitæ cursum exegeris, con-
templatiua vita in suam domum te orationis donū
ficientem, & suauem sapientię gustum esurientem
excipiat. Apponat tibi sanctorum scientiarum studiis
vacanti, dulcissimas piarum meditationum escas,
quarum suauitate expertus, terrenas voluptates,
& dignitates concalces, & hominū laudationes, &
plausus rideas, atque despicias. Vina pretiosa diuina-
rum consolatorum tibi propinet, quibus inebriatus,
nec persecutiones setias, nec detractones aduersas
nec tribulationes, quæ in sacris ministeriis passim oc-
currunt, aut fugias, aut timeas. In hac officina contem-
plationis prudentium virginum responsum expen-

A des, eme tantum olei charitatis, quod nõ solum tibi,
verum etiam aliis abundè sufficiat. Quæ naq; pru-
dentia erit ex eo, quod tibi non satis est, proximis
erogare, & aliis comedentibus, te fame perire? Audi
consilium Pauli, audi, & magna diligentia custodi.
Nox, vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed
ex æqualitate. In præsentī tempore vestra abundan-
tia illorum inopiam suppleat. Si ergo non abundas,
si ferè nihil charitatis habes, quam ratione audes,
ac si esses ditissimus, in alios tuum oleum profun-
dere? Richardus sanè Victorinus, rerum spiritua-
liū peritissimus, oppositū laudat, & magna asseuera-
tione suadet. Merito (inquit) imperfectus, quamdiu
non habet, nisi parum olei charitatis, quo ipse tan-
tum vngatur, & nondum per intima dona gratiæ so-
lidari meruit, non vult exterius implicari, ne curarū
sæculariū æstuet humanæ conuersationis, & muta-
bilitatis vento cōtingat cum ab eo exiguo, quod ac-
cepit, exsiccati. Exterior enim occupatio imperfectos
citò immutat, & deicit, quia muscæ morietes, id est,
cogitationes mundanæ, perdunt suauem vnguentum
gratiæ minus in anima fundatæ. Cupit ergo abunda-
re prius sibi, vt sic possit aliis infundere: Hoc oleo
vult potius inungi, quàm vngere, de pleno fundere,
quam effundere, fluere, quàm effluere. Qui enim in-
discretè aliis prod esse cupit, & ante tēpus effundit,
semper inops, & à gratia vacuum manet, & profectū
suū impedit, & aliis minus proficit. Si itaque te ipsū
& alios saluare velis, quare prius per orationis stu-
dium, per gemitum, & lacrymarum ministerium
charitatis oleum, quo aliis prosis, & te ipsum in ti-
more Domini, & in omni puritate conferues.

Sic autem per actiuam vitā ab omni terrena fa-
ce purgatus, & per contemplatiuā, diuina sapientia
illuminatus, atque Deo amoris nexu coniunctus,
homo terrestris esse desisti, & in hominem cœlestē,
aut potius in quoddam spirituale cælum commuta-
tus es. Et nūc adhuc ne te ingeras, expecta obedi-
entiā ductam, prælati iussu, Dei per superiores tuos
præcipientis imperium; quia signum est, quod parū
profecisti, si ad animas conuertendas exire non ti-
mes: & quia hoc munus tibi adhuc nõ committitur
aut contristaris, aut murmuras, aut importunis præ-
cibus occupationē, aut munus à prælati extorques.

Sed si ipsi præcipiāt, iam tanquam cælum quoddā,
non vt te ipsum commendes, sed vt Dei gloriam, &
magnificentiā laudes, mortales splendore doctrinæ
illumina, auctoritate, quam doctrina comparasti pu-
illos protege, & pluuia verbi salutatis ad fructifi-
candum terrā humani cordis irrigare ne cesses. Ta-
les enim sunt cæli, quibus Ecclesia circundatur. Hæc
namque, quæ adhuc peregrinatur, vt inquit Bernardus
(habet cælos suos, homines spirituales, vita &
opinionē conspicuos, fide puros, spe firmos, latos
charitate, contemplatione suspensos. Et hi pluentes
pluuiam verbi salutarem, tonant increpationibus,
coruscant miraculis; hi enarrant gloriam Dei; hi ex-
tenti sicut pelles super omnem terram, legem vitæ,
& disciplinæ digito quidem Dei scriptam in semet-
ipsis ostendunt ad dandam sciētiā salutis plebi eius;
Ostendunt, & Euangelium pacis, quoniam Salomo-
nis sunt pelles. Præter igitur cælum sis, & tale cælū,
quale sanctus hic descripsit, vita, & opinionē luci-
dum, virtutibus purum, & firmum contemplationis
dono à terrenis distitum; & tunc securè poteris offi-
cium cæli vsurpare, & proximos verbo & exemplo
in officio continere. Si verò nec dum (vt tibi vide-
tur) virtutibus, & orationis dono sufficienter in-
structus à prælati ad prædicandum, vel aliud mi-
nisterium exire cōpelleris, ne nimis onus detrectes,

nec

2. Cor. 8.
13. &
14.Richard. in
Cap. c. 8.Bern. ser.
12. in cāt.Eccles. 10
11.
12.Matt. 26
10. "Luc. 24.
49.Bern. ser.
27. in cāt.

nec iussioni maiorum contradicas, sciens, quia Dominus potens in misericordia, paupertatem tuam dabit, defectus supplebit, & vires, tum internas tum externas, ad laborandum suppeditabit. Ipse enim, qui obedientiae est amator, humilitatisque protector, tua obedientia placatus, & humilitate contentus, quae vltro se offerenti nocerent, faciet, ut humiliter obedienti, non noceant, neque altissimarum functionum

A exercitationem impediunt. Quod adhuc mortificationis deest, tribuet, quod vitiorum, & paucorum affectuum manet, exinguet, quod virtutis desideratur, inseret, quod orationis abest, abunde erogabit, & manifeste videbimus, quia vna humilis obedientia, ea bona congregat, quae superba arrogantia, & ambitio temeraria dispergit.



ORATIO AD POSTULANDAM vitam spiritualem.

DOMINE Deus omnipotens, & Sancte, qui purus & illibatus spiritus cum sis, carnis foeditates & spurcicias exhorres, atque à creaturis tuis in spiritu & veritate vis adorari, respice nos pauperulos & imbecillos oculis immensa benignitatis tuae, & quos per religiosam vocationem à cæcitate saeculi eripuisti, à morte operum carnalium exoluisti, & ad vitam spiritualem inuitasti, fac, opere vitam spiritualem tenere, & ardentissime ad expugnationem vitiorum, affecutionem virtutum omnium, & ad orationis studium aspirare. Lacrymae, ô Domine Deus meus, nos à peccatis emundent: gemitus & mortificationis labores à vitis ac pravis affectibus liberent, actiones studiosae sanctarum virtutum indumentis exornent, & orationis dona, mentem nostram, & omnes affectus cordis nostri tibi copulent, ut viri sancti & spirituales effecti, & tibi gratissimi, & proximis nostris viles inueniamur.

Amen.

